sibile igit est patrē esse illū filiū cui⁹
pater est & filiū esse illum patrē cui⁹
filius est: q̄uis patrē esse filiū & fili
um esse patrē: nihil prohibeat: cū vn⁹
homo pater est & filius: qm̄ ad aliū
est pater: ad aliū filius. Itē cum
isaac sit pater iacob: et filius abrae:
pater est filius: & filius est pater sine
repugnantia: quoniam ad aliū pa
ter dicitur q̄ ad suū patrem: & fili⁹
ad aliū q̄ ad suū filiū: patrem autē
esse in eodē filium filium cuius pater
est: aut filium esse illi⁹ patrē cui⁹ ē fili
us: nō est possibile. Ita ergo in deo
cū deus sit pater & filius & spūs san
ctus: nec sit pater nisi eiusdē filij: nec
filius nisi eiusdē patris: nec spūs
alicuius nisi eiusdē patris & filij: pa
ter nō est filius aut spūs sanctus: fili⁹
nō est pater aut spūs sanctus: nec spūs
sanctus est p̄ aut fili⁹. Quippe qm̄

Beati Anselmi Epistola

filius est de patre et spū sanctus de patre: nec ille de quo est aliquis potest esse ille quod de se est: nec ille qui de aliquo est: valet esse is de quo est: sicut iam dictū ē: iccirco nec pater est filius aut spū sanctus: nec filius siue spū sanctus est pater. Filius autem ut interim aliam causam dicā: quoniam nō dū pater quod spiritaliter factus de illo sit et pcedat: ideo nō est spū sanctus: nec spū sanctus est filius: quia filius nascēdo habet esse de patre: spū sanctus vero nō nascēdo sed pcedēdo: nec filius potest esse siue spiritus: nec spū sanctus valet esse ille cuius spiritus est.

C

Is pmissit: quod indivisibilis
b vnitatis et infociabilis pluralitas in deo se adinuicē habet aut inquiramus. Quoniam autem hec quod dicta sunt pariter credimur indubitanter et pfitemur: et nos qui dicimur spiritū sanctum de filio pcedere: et greci qui nobiscū de hac re nō sentiūt: debemus absque ulla ambiguitate quod ex his necessarie psequuntur: vno consensu suscipere. Sequitur enim scōm vnitatis dei que nullas habet partes ppartietatē: ut quicquid de vno deo quilibet est: quicquid est dicitur de toto deo patre: dicitur et de filio et de spū sancto: quia vnus quisque solus et totus et perfectus deus est. Supra dicta vero relationis oppositio quod ex eo nascitur: quia supradictis duobus modis deus de deo ē: prohibet patrem et filium et spiritū sanctū deinuicē dici: et ppartia singulorum alijs attribui. Sic ergo huius vnitatis et huius relationis psequētie se pterpetat: ut nec pluralitas que sequitur relationē trāseat ad ea in quibus p dicitur simplicitas sonat vnitatis: nec vnitatis cohibeat pluralitatē vbi eadem relatio significat: quatenus nec vnitatis amittat aliquādo suā psequētiā: vbi nō obuiat aliqua relationis oppositio: nec relatio pdat quod suū ē: nisi vbi obstitit vnitatis inseparabilis. Quod si p exempla pndemur: clarior erit. Qualiter quidē vnitatis simplici-

tas a se excludat pluralitatē que est in relatione nominis significatōne: facile est cognoscere: pfitemur enim quia pater nō est filius aut spū sanctus: nec filius pater aut spū sanctus: nec spū sanctus pater aut filius. Sequitur ergo alios adinuicē et plures esse patrem et filium et spiritū sanctū. At pater est deus: filius est deus: et spū sanctus est deus. Quid itaque psequentiū si predictarum personarum pluralitas suā seruat ppartietatē: quod patrem et filium et spiritū sanctū plures deos et alios adinuicē? Sed hoc nullatenus admittit inuolabilis simplicitas diuinitatis quā vnū solū deū esse credimur. Sic repellit vnitatis essentia dei relationum psequentiā. Considerandū quoque est quod relationum pluralitas obuiet vnitatis psequētie: si prius posuerimus aliqua ex his in quibus nulla obstitit oppositio. Dicimus vnū deū esse patrem: et esse filium: et esse spiritū sanctū: et vnū eundē deū esse sine singulis siue binis siue tres simul dicantur. Si ergo deus est eternus ppter vnitatis deitatis: ex necessitate sequitur quia eternus est pater: eternus est filius: eternus est spū sanctus. Et quoniam siue singuli siue plures simul sūt vnus deus: nō est nisi vnus eternus. Similis est cōsequentiā si deus dicitur creator siue iustus siue aliquid alioquin in quibus nulla p dicitur intelligit relatio. Addeamus nūc quod hanc vnitatis dei cōsequentiā restringat relatio: Dicimus enim quia deus est pater. Quoniam ergo vnus est deus pater et filius et spū sanctus: erigit vnitatis dei ut filius sit pater et spū sanctus sit pater: sed obuiat relatio que prohibet filium aut spiritū sanctum esse patrem. Quippe nec natura permittit: nec intellectus capit existentem de aliquo esse de quo existit: aut de quo existit esse existentē de se. Existit autem filius et spū sanctus de patre: quare non potest filius aut spū sanctus esse pater: quis deus sit pater: et vnus idemque deus sit pater et filius.

De processione spūs sancti

et spiritus sanctus? Idē sūm r cognoscit
si dicit deus esse filius: vult em vni/
tatis dei cōsequētia vt pater r spi/
ritus sanctus sit filius. Sed pater de
quo est filius: non potest esse qui de
se est: Spūs vero sanctus qui existit
de patre pcedendo: non est ille q̄ est
de patre nascendo. Itē cū dicit de
est spūs sanctus: requirit vnitatis p̄di/
cta patrē quoq; r filiū esse spiritū/
sanctū: s̄ nec pater d̄ quo est spūs san/
ctus: potest ille esse qui de se est: nec
filius qui existit de patre nascendo: est
ille qui de eodē patre est pcedēdo:
id est spūs sanctus. Cū autē appare/
bit quia spūs sanctus est de filio: tūc
quoq; palā erit: qz ppter hoc neq̄
esse filius spūs sanctus: r spūs sanctus
filius. Cōsideremus adhuc quōd si/
pra dicte oppositiōes obstitunt cōse/
quentie predictę vnitatis: de^e est de
deo. Hoc ergo semel accepto quoniā
idē deus est pater r filius r spūs san/
ctus: sequitur scdm hanc idētitatem
vt deus pater sit deus de deo r deus
de quo est deus: r filius filius deus
de deo r deus de quo est deus: r eo/
dem mō spūs sanctus. Verū querere
vtrū vnusquisq; sit deus de quo est
deus: nō est aliud q̄ cōsiderare vtz
singulus quisq; sit deus de deo. Nō
em potest deus de deo deus esse nisi
pater aut filius aut spūs sanctus: r nisi
de patre aut de filio aut d̄ spiritus san/
cto: Inspeciamus vtrū vnusquisq;
sit deus de deo: r patebit vtrū sit sin/
gulus quisq; deus de quo est deus.
Sed pater nō potest esse de deo pro/
pter predictā oppositiōnē. Cū enim
nō sit de^e nisi aut p̄ aut fili⁹ aut spi/
ritus sanctus: aut duo ex his aut tres si/
mul: nō pōt eē de^e p̄ de deo nisi aut
d̄ p̄e d̄ de seipso: aut d̄ filio aut d̄ spi/
ritus sancto: aut d̄ duob⁹ aut d̄ trib⁹. De
seipso nō pōt esse: qz existens de aliq;
et de quo existit nō potest idem esse.
De filio nō est: quia filius est d̄ ipso
et ideo nō pōt esse de filio. De spiri/
tus sancto nō est: quia de illo est spiri/
tus sanctus: nec v alet ille esse qui de
se est. De duobus vel de trib⁹ simul
nequit esse pater: ppter eandē oppo/
sitiōnis ratiōnē. Filiū vero deū ne/
cesse est esse de patre deo: quia pater
nō est de illo. De filio vero hoc est d̄
seipso esse nequit: quia nō est idē ex/
istens de aliquo r de q̄ existit. Vtrū
autē sit de spiritus sancto aut spiritus/
sanctus de illo: post monstrabit. Sz
prius dicemus de spiritus sancto si scdm
consequētiā p̄dictā sit de patre r d̄
seipso. De patre quidē necesse est eū
esse: quia nulla obuiat oppositiō: nō
em est pater d̄ illo. De seipso vero i/
possibile est eum esse: quia nō potest
existens de aliquo r de quo est idem
esse. In his omnib⁹ nihil obuiat cō/
sequētie vnius idētitatis nisi ali/
qua de supradictis oppositiō. Qd
vero i his cognoscit: in omnib⁹ que
de deo dicuntur inmutabiliter euent/
re necesse est.

Enc querendū est per supra
n dictas irrefragabiles rōnes:
vtrum filius sit de spiritus san/
cto: aut spiritus sanctus d̄ filio. Dico
quia sicut per supra dictam ratiōnē
aut pater est de filio: aut filius de pa/
tre: aut d̄ spiritus sancto pater: aut spi/
ritus sanctus de patre: ita est aut fili⁹
de spiritus sancto: aut spūs sanctus de
filio. Qd qui negat: neget etiam ne/
cesse est vnū solū deū esse: aut filium
deum esse: aut spiritū sanctū deū eē:
aut deū esse de deo: quia ex his seq̄/
tur qd dico. Simplicius: nō est filius
aut spūs sanctus de patre nisi de pa/
tris essentia q̄ vna est illi cum filio r
spūs sc̄to. Cū ergo dicit: quia fili⁹ est
de deo patre: si idem deus est pater r
spūs sanctus: sequit scdm vnitatē dei/
tatis vt sit etiā de spūs sancto. Eodē
mō quādo p̄stetur spiritū sanctum
esse d̄ deo patre: si idē de^e est p̄ r fi/
lius: sequit scdm eandē deitatē vni/
tatem vt sit r de filio. Ex his igitur
aperte cognoscitur: quia aut filius
est de spiritus sancto aut spūs sanctus.



Beati Anselmi Epistola

de filio: quoniam utrumque nequit esse verum aut falsum. Necesse est quod spiritus sanctus esse de filio si potest monstrari filium non esse de illo. Nam si quis dicit non sequi filium esse de patre et spiritus sancto quoniam unus est deus pater et spiritus sanctus: etiam si non opponit aliud: aut spiritus sanctus esse de patre et filio: quoniam unus est deus pater et filius: quibus non sit filius de spiritus sancto: consideret quod cum est deus deo: aut est totus de toto: aut pars de parte aut pars de toto: Sed deus nullam habet partem. Impossibile igitur est ut si deus est de deo: ut totus sit de parte: aut ut pars de toto: aut ut pars de parte. Necesse est igitur: ut si est deus de deo: totus sit de toto. Cum ergo filius dicitur esse de deo qui est pater et spiritus sanctus: aut alius totus erit pater: alius totus spiritus sanctus: ut de toto patre sit: et non de toto spiritus sancto: aut si idem totus deus est pater et spiritus sanctus: ex necessitate cum est de deo toto quia est unus totus tam pater quam spiritus sanctus: est pariter de patre et spiritus sancto si non repugnat aliud. Eodem modo cum dicitur spiritus sanctus esse de toto deo qui est pater et filius: aut alius totus erit pater: alius totus filius: ut sit de toto patre et non de toto filio spiritus sanctus: aut cum est de patre spiritus sanctus non potest non esse de filio si non est filius de spiritus sancto. Nulla enim alia ratio potest negari spiritus sanctus esse de filio. Dicitur aliquid: si quoniam unus deus pater et spiritus sanctus cum filius est de patre: sequitur cum esse de spiritus sancto: aut cum spiritus sanctus est de patre: quod idem est deus pater et filius est etiam de filio cum pater agnoscitur filium: necesse est cum agnoscere quod spiritus sanctus: quod unus idemque deus est filius et spiritus sanctus: et cum spiritus sanctus procedit de patre propter eandem unitatem deitatis filii et spiritus sancti: procedit et filius de patre ita sicut spiritus sanctus. Si vero unitas deitatis in filio et spiritus sancto non illam habet vim consequentem ut uterque similiter sit genitus et procedens: videlicet quod non ex eo quod unus

est deus pater et spiritus sanctus: sequitur filium esse de spiritus sancto: aut spiritus sanctum esse de filio: quoniam idem deus est pater et filius ut dicitur. Ad quod ego: habent utique a patre esse filius et spiritus sanctus: sed diverso modo: quod alter nascendo: alter procedendo ut alij sint abinuitate per hoc quod dicitur est. Et ideo cum nascitur unus: non potest cum eo nasci ille qui per hoc est alius ab eo: quod non similiter nascitur sed procedit. Et cum unus procedit: nequit ille simul procedere qui per hoc est alius ab illo: quod non similiter procedit sed nascitur. Et idem non habet hic unitas illa vim consequentem: quod pluralitas obuiat que ex natiuitate nascitur et processione: Nam et si per aliud non eorum plures filii et spiritus sanctus: per hoc solum essent diuersi. Cum autem dico ex eo quod pater unus deus est cum filio aut cum spiritus sancto: sequitur filium esse de spiritus sancto aut spiritus sanctum esse de filio: nulla ibi pluralitas generatur que unitatis obuiat consequentem: quod non utrumque dico esse sed alterum tantum. Omnimoda igitur et inexpugnabili necessitate concluditur: quia si vera sunt que supra dicitur: nos pariter cum grecis credere: aut filius est de spiritus sancto: aut spiritus sanctus est de filio. Quod autem filius non sit de spiritus sancto: palam est ex catholica fide. Nam cum est deus de deo nisi aut nascendo ut filius: aut procedendo ut spiritus sanctus: filius autem non nascitur de spiritus sancto: Si enim nascitur de illo: est filius spiritus sanctus: et spiritus sanctus pater eius: sed alter alterius nec pater nec filius est. Nam ergo nascitur de spiritus sancto filius: nec minus aptum est quod non procedit de illo: Esset enim spiritus eiusdem spiritus sancti: et aperte negatur: cum spiritus sanctus dicitur et creditur spiritus filii. Nam enim potest esse spiritus sui spiritus: Quare non procedit filius de spiritus sancto. Nullo ergo modo est de spiritus sancto filius. Sequitur itaque inexpugnabili ratione spiritus sanctum esse de filio sicut est de patre.

De processione spūs sancti

Fortitan negabunt greci spū sanctū esse deū de deo sicut est filius deus de deo: qm̄ p̄ba/m̄ p̄ hoc illū esse r̄ p̄cedere de filio: nec est positū in illo symbolo: in quo reprehendimur ab illis addidisse processionem eius ab illis addidisse proputari: negat aut patrem esse deum de quo est spūs sanctus: aut spiritū sanctū esse deū qui est de patre: aut hoc ipm̄ qd̄ est spiritū sanctū esse de patre. Ac patrē non esse deū aut spiritū sanctū: nullus suscipit christianus. Aidea/m̄ us igit̄ vtrū hoc ipsum qd̄ est essentialiter sit spiritū sanctū de patre: qd̄ quēdam episcopū grecis forsitā faverent in Barensi ciuitate sensī nolle sentire. Nam si nō est ipsum de patre qd̄ est cum sit vnus idemq; deus qui pater: inueniri nequit vnde sit alius a patre. Non em̄ nisi alius est: quia pater habet filiū r̄ spūs sanctus non habet filiū. Per hoc em̄ p̄bati pōt: quia alij sunt ab inuicē: nō tamē hec est causa vt diuersē sint p̄sone. Quōpe si duo sint homines quoz̄ alter habeat filiū: alter nō: quis p̄ hoc ostendī possint eē diuersi: nō tamē ob hoc alij sit ab inuicē: qz̄ quōq; inō se habent: in habēdo vel nō habēdo filiū: diuersitatē tamē non amittunt: Ita ī patre r̄ spūs sancto: nō qz̄ alius filiū habet: alius non habet: idcirco sunt diuersi: sed qm̄ diuersi sunt: idcirco nihil p̄hibet eos in habēdo r̄ nō habēdo filiū esse dissimiles. Similiter responderi potest si ideo alius dicit̄ qz̄ nō ab illo p̄cedit spūs sanctū sicut ipse p̄cedit a patre: Quippe vt fūillos loquar qui negant spiritū sanctū de filio p̄cedere: sicut nō est hec causa: quia spiritū sanctū filius de se p̄cedentē nō habet sicut pater vt alij sit a patre: sequeret̄ em̄ vt si spūs sanctus p̄cederet de filio: filius nō esset alius a patre: ita p̄ hoc non est spiritū sanctus a patre alius: quia nō habet filiū: aut spiritū de se p̄cedentē sicut pater. Et quēdamodū filius nō ideo est alius a patre: quia patrem habet

r̄ pater non habet patrē. Si em̄ pater haberet patrē: alij tñ esset a patre: ita spūs sanctū quia de aliquo p̄cedit et pater a nullo: non p̄pter hoc est alius a patre: quia si pater ab aliquo p̄cederet: nō minus tamē esset alius a patre de quo p̄cedit. Valā igit̄ est qz̄ nō ideo est spūs sanctū alius a patre: quia nō habet filiū: aut spiritū sanctū de se p̄cedentē sicut pater: nec qz̄ de aliquo p̄cedit r̄ pater de nullo. Sed neq; p̄ hoc intelligit̄ pōt esse a patre alius: quia est spiritū patris si de illo nō habet esse. Potest em̄ intelligi aliquis alius ab aliquo prius q̄ sit illi: quis alicuius nequeat esse nisi sit alius: vt cū dicit̄ homo dominus alicui: aut homo alterius hominis. Prius em̄ intelligit̄ alij ab illo cui esse dicit̄ q̄ sit eius dñs vel hō. Sic itaq; si spūs sanctus nō est de patre: nihil p̄hibet eum intelligi prius alij ab illo q̄ sit illius. Quare nō facit illum alij esse a patre hoc qd̄ spiritū ei? ē si p̄ hoc non habet vt sit alij ab illo p̄ qd̄ est spūs illi? Sicut filij p̄ hoc est alius a patre: p̄ quod est filius eius: quod nō est aliud nisi qd̄ de ipso existit nascendo. Aides itaq; qd̄ spūs sanctū nō sit p̄ aliud a patre alij nisi qz̄ ab illo habet esse qd̄ est: quis alio suo modo q̄ filius. Inuestigem̄ tamē hoc diligenti? vt itaq; aut postq̄ fuit spūs sanctus hoc qd̄ est cōtingit illi alium esse a patre: aut in existēdo habet vnde alius est. Cōtingit em̄ alij quē esse qd̄ est prius q̄ sit alius r̄ cōtingit aliq̄ alium ī existēdo fieri prius aut quēq; esse alium q̄ sit hoc qd̄ est: nō est possibile. Namq; prius homo pri? q̄ de illo esset homo aliquis: erat ipse homo: sed nō alius erat: cum nō extitit de illo aliquis: r̄ ille de quo extitit postq̄ hic fuit fact? est alius: r̄ qui de illo extitit simul habuit esse: r̄ alius factus est. Aut ergo spūs sanctū sicut dixi postq̄ fuit fact? est a patre alius: aut habet ī existēdo p̄pter qd̄ alius dicit̄. Sed si postq̄ fuit cōtingit illi alij esse a patre cū nō

Beati Anselmi Epistola

fit alia psona nisi qm ali' ē ab illo: nō fuerit ille sp tres psonae: qz ista nō sp fuit s: nō semp fuit spū sanct' alius a patre. Quō itaqz falsa sunt hec: pater: qm in existēdo habet vnde alius est. Esse autē nequit: nisi aut ex aliquo sicut filius: aut ex nullo sicut pater. Quō si ex nullo quēadmodū p' existit: aut ita existit vniūsqz p se vt neuter ab altero quēqz habeat: s' sūt duo dij pater ⁊ spū sanct': aut qm vn' deus est si vterqz de nullo est penitus: nihil inuentri valet i fide christiana vnde sint ab inuicē alij: sed vn' idēqz pater ⁊ spū sanctus ⁊ vna psona: q' vera si des abhorret. Nō est ergo verū spū sanctū a nullo esse. Si aut est ab aliq nō est nisi ex deo qui est pater ⁊ fili' ⁊ spū sanct'. Sed a seipō nequit eē: qm nulla psona a seipō pōt existere nisi sola patr'. Quare si q's eū negat esse a filio: negare nequit illū a patre esse. Si quis autē dicit: quia licz non habeat esse de patre: tamē p pcessio/nem alius potest intelligi. Ad hoc qz respondendū arbitror. ne possit ali quid in hac questioe nostre obijci assercioni: cui nostra responsio non obuiet: nec miret aliquis me tm̄ in hoc cōmorari: qm non parue auctoritatis erat ille inter suos quem sensi non sentire spū sanctū hoc qd est habere ex patre: nec tūc habui oportunitatē respondendi.

f **q** Si ergo sanctū spiritū dicere vult ex sola pcessione alium esse a patre: licz nō sit ex illo: intelligit aut id ipsuz esse pcedere de patre: solū nō qd est mitti vel dari a patre: vt eū mittit vel dat eum pater: tūc tm̄ procedat a patre: aut hoc esse pcedere qd est de patre esse si idē est pcedere qd est dari vel mitti: pcedit patre a filio: sicut a patre spū sanct': qm ab illo similē mittit ⁊ dat. Itē si nō est aliud spū sancto pcedere qz mitti vel dari: nō ē ali' a p'ie: nec pcedit a patre nisi cum dat vel mittit qd nemo puto intelligit. Semper enī est alius a patre spū sanctus etiam ante

creaturā: non autē dat vel mittit nisi creature: nec tamē dicendū est qd accidat ei dari vel mitti. Nā cum ipse sit vbiqz ⁊ imitabilis: accipietur quidem accidit aliquid: qz circa illū fit qd prius nō erat ⁊ abesse potest: circa spiritū sanctū hō nihil fit qd non erat. Cum enī cecus in luce nō sentit lucē: nō magis nec minus habet aliquid lux: etiā depulsa cecitate sentiat cecus lucē: circa illū fit motus nō circa lucē. Patet itaqz nō esse spū sanctū aliū a patre p sic intellectā pcessione: vt non sit aliud illi pcedere qz dari vel mitti. Est quoqz patens eum p pcessione habere esse de patre: ⁊ p hoc aliū esse a patre: sicut filius non per aliud est a patre alius qz per hoc quia de illo existit. Est igitur deus de deo ⁊ pcedit de deo: ⁊ ipse est de' ⁊ pater deus: de quo ē ⁊ pcedit. At si dīcimus duas spū sancti posse nominari pcessiones: vnā qm existit de p'ie: alterā qm dat v' mittit: Nō p'io hoc esse neganduz si vnaqueqz in suo sensu accipit. De illa quippe pcessione qua dat vel mittit: non inēgrue dominū sic dixisse intelligim': Spiritus vbi vult spirat: ⁊ vocē eius audis ⁊ nescis vnde veniat aut q' vadat. Sic enī hoc potuisse dici videt: Nescis vnde procedat aut quo recedat. Cum enī datur quasi de occulto venit ⁊ pcedit: cum hō strabit velut ad occultum vadit ⁊ recedit. De hac pcessione potest dici: quia idem illi est pcedere qd mitti. Sive igitur nō procedat nisi existendo de patre: sive non nisi cum datur aut mittit ad sanctificandā creaturam: sive vtroqz modo pcedat: sequit' vt procedat de filio. Si enim est d' patre: deus est de deo: vnde probat' vt dictū est esse qz de filio ⁊ pcedere ab illo. Nāqz pcedit de quo est ⁊ de illo existit a q' procedit. Si hō tunc tm̄ pcedit cū mittitur vel datur: pcedit a filio a quo datur ⁊ mittit'. Quō si vtroqz modo pcedit: patre vtroqz modo pcedere cognoscat a filio. Ecce videmus spū

Joh. 3.

De processione spiritus sancti

ritus sancti esse de deo et procedere de deo: quod non esse positum in scripto symbolo. Si ergo ideo negatur eum esse et procedere de filio: quia ibi tacetur: negent esse similiter eum de deo et procedere: quia ibidem non dicitur. Aut si hoc diffiteri nequeant: non timeant confiteri nobiscum spiritum sanctum esse et procedere de filio: quoniam haec in eodem symbolo non inveniuntur. Ac si dicent: satis ibi significatur: quia est et procedit de deo: quia a patre procedit: quia pater est deus: et nos similiter dicimus: quia a parte monstratur procedere de filio: cum dicitur procedere de deo: quia filius est deus. Interrogo enim utrum ideo intelligendus sit spiritus sanctus esse de patre: quia de deo est: aut idcirco esse de deo: quia est de patre: etiam inuicem alterum altero probet. Si enim est de patre: quoniam nulla supradicta obuiat relatio: non tamen similiter inuicem sunt alterum alterius causa. Nam si esse spiritum sanctum de patre est causa ut sit de deo: cum dicitur esse de patre: non est intelligendum quod sit de hoc quod pater est deus: id est de diuina essentia: sed de hoc quod deus pater est: id est de hoc unde refertur ad filium. Erit igitur diuina essentia in spiritu sancto: non de deitate patris: sed de relatione: quod stultissimum est dicere. Quis et si hoc uelit aliquis accipere: non minus sequitur spiritum sanctum de filio quam de patre procedere. Nampe nulla relatio est patris sine relatione filij: sicut nihil est filij relatio sine patris relatione. Si ergo alia nihil est sine altera: non potest aliquid de relatione patris esse sine relatione filij. Quare sequitur spiritum sanctum esse de utraque si est de una. Itaque si est de patre sine relatione: erit simul et de filio sine eodem sensum. Verum quia nemo tam insipiens est qui hoc opinetur. Credendum et confitendum est ideo de patre spiritum sanctum esse: quia est de deo. Non autem magis est pater deus quam filius: sed unus solus uerus deus pater et filius. Quapropter si spi-

ritus sanctus est de patre: quia est de deo qui pater est: negari nequit eum quocumque de filio cum sit de deo esse filium.

Consideremus etiam quod dominus dicitur in euangelio: Aut enim hoc est uita eterna: ut cognoscatur te solum uerum deum et quem misisti iesum christum. Aut ergo ita intelligendum est iste solus uerus deus: ut cum nominamus solum patrem non significet ille solus uerus deus: neque quando nominamus solum filium: sed tunc solummodo intelligatur iste solus uerus deus: quando simul dicimus patrem et filium. Aut solus uerus deus intelligitur: cum nominamus aut solum patrem: aut solum filium: aut si solo patre nominato: aut solo filio: non intelligitur solus uerus deus sine adiectione nominis alterius: non est perfectus neque filius perfectus deus: sed est deus copositus ex patre et filio. Sed credimus patrem esse perfectum et solum uerum deum: et filium similiter perfectum et solum uerum deum. Cum ergo nominamus patrem solum: aut filium: non aliud intelligimus excepta relatione qua referuntur ad inuicem: quam solum uerum deum et eundem quem in utriusque relatione cognoscimus. Itaque cum dixit dominus: Haec est autem uita eterna ut cognoscatur te solum uerum deum et quem misisti iesum christum: si addidisset dicens: et de hoc solo uero deo procedit spiritus sanctus: quis auderet separare filium ab illa processione cum ille solus uerus deus non magis aut minus sit pater quam filius? Quapropter si idem solus uerus deus intelligitur cum solus pater dicitur aut filius: et cum ambo simul nominantur: quid aptius quam quia de solo uero deo qui pater est et filius procedit spiritus sanctus: cum dicitur a patre procedere? Quare sicut intelligeret de filio procedere si idem filius dixisset de solo uero deo illum procedere: quoniam dixit se et patrem solum uerum deum esse: ita cum dicit eum de patre procedere: absque dubio eum de se significat procedere. Dicit etiam dominus: Paraclytus spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo. Et cum autem uenerit ille paraclytus quem ego mittam

Job. 14.
Job. 15.

vobis a patre. Quid ergo intelligendum est cum dicitur: Quæ mittit pater in nomine meo: an quæ spiritus sanctus habebit nomen eius: et cum mittet pater spiritum sanctum: idem sit quod mittere filium? Sed quod ait: **Non** ego mittam vobis a patre: non recipit hunc sensum: quia eundem spiritum quem mittit pater: mittit filius: nec mittit filius filium. Denique nusquam legitur: et oino negantur spiritus sanctum esse filium. Quid itaque est: Quæ mittit pater in nomine meo: nisi quæ pater mittit: filius? Quæ mittet: Sic cum dicitur: quæ ego mittam a patre: non est aliud quam ego mittam et pater. Filius namque est nomen illius quod dicebat: mittet pater in nomine meo. **Non** est ergo aliud: Mittet pater in nomine meo: nisi mittet pater in nomine filii. Quid igitur est: mittet pater in nomine filii: nisi mittet pater tanquam si mittat filium: ut in missione patris: missio intelligatur filii? **Ad** hoc ait: quæ ego mittam vobis a patre: quod intelligendum est? **At**que a quo eum mittit filius? ab eo mittit: Mittit autem eum a patre. Ergo a patre mittit. Sed ille mittit a quo mittit. **Pater** itaque mittere intelligitur eum filium dicitur: **Ego** mittam a patre. Quid est ergo: **Ego** mittam a patre: nisi ego mittam tanquam si pater mittat: ut vna et eadem sit missio mea et patris? **Cum** itaque filius tanta diligentia ostendat vna esse missionem patris et suam: ut nec pater mittat nisi cum filio mittit: nec filius mittat nisi cum mittit pater: Quid vult significari: aut quid vult intelligi: nisi quod non aliter se habet ad patrem spiritus sanctus et aliter ad filium: nec magis est vnus quam alterius. **Ob** hoc nimis difficile imo impossibile est ostendere quod non procedat ab vtroque. **Unde** enim est filio cuius patre dare simul vel mittere spiritus sanctum: et hunc esse vtrumque si simul non esse de vtroque? **Cur** enim magis dat filius spiritus sanctum quam spiritus sanctus filium? **Cur** magis spiritus sanctus est filius quam filius spiritus sancti nisi quia filius non est ita de patre simul et de sancto: sicut spiritus sanctus est de patre simul et de filio? **Si** ergo spiritus sanctus non est de filio non datur a filio: nec dicitur esse filius sic filius non dat a spiritus sancto:

nec dicitur esse spiritus sanctus: quoniam non est de spiritus sancto. **Si** autem dicitur: quia spiritus sanctus mittit etiam filium: sic id est ipse dicitur per prophetam: **Et** nunc dominus deus misit me et spiritus sanctus. **Et** hoc secundum hominem quem gerebat intelligendum est quod patris et spiritus sancti vna voluntate et dispositione mundum redempturum in mundo apparuit. **Quero** tamen ab his quod negat spiritus sanctum esse et procedere de filio: quod intelligat eum sic esse spiritum filii vel filium tanquam suum spiritum illum mittat: **An** putant quia pater dedit filio spiritum suum tanquam a se non habet: aut enim habet a se: aut ab alio. **Sed** ab alio non potest habere nisi a patre. **Acceptit** igitur a patre a quo habet et dedit et pater spiritus sanctum ut a se non habet. **Hic** ostendat eum equales sint pater et filius et spiritus sanctus et vnusquisque sibi sit sufficiens: que fuit causa: vel que indigentia filii ut pater daret ei spiritum suum magis quam spiritus sancto filium suum. **Non** negantur hoc modo habere filium spiritus sanctum a patre: quia a quo habet esse: ab eo habet ut de se spiritus sanctus existens habeat: sicut pater: quoniam id est esse est patris et filii. **Non** est enim idem accipere a patre essentiam de qua procedit spiritus sanctus et accipere a patre spiritus sanctum. **Cum** enim dicitur habere a patre essentiam de qua spiritus sanctus procedit: nulla modo stratur indigentia filii. **Cum** hoc dicitur: quia filius accipit a patre spiritus sanctum quæ de se non habet sicut pater: videtur significari filium quasi minus aliquid habere quam pater: et velut ad supplementum ei dare spiritum sanctum. **Sed** non apparet cur magis egeat filius spiritus sancto quam spiritus sanctus filio. **Si** enim responderet ad hoc datum esse spiritum sanctum filio: ut cum ipse eum patre quoque daret eundem spiritus sanctum: par illi cum patre gratia imputaret. **Terrena** est hec opinio et longe ab intellectu diuinitatis extranea ut tanquam homini deus deo indigentia subueniat. **Non** a quod si dat pater spiritum sanctum filio: dat deus deum deo: pater enim deus et filius deus et spiritus sanctus deus et vnus idemque deus. **Non** autem legitur deus a deo deum accipere: nisi hoc dicitur cum

Es. 48.

3

3

De processione spiritus sancti

deus ē de deo: vt filius ⁊ spūs sanctus.
Dicit ergo spiritus sanctus filij spiri-
tus: nō ob aliud nisi qz ex ipso est.

Jo. 20. **10** Est resurrectionē legim⁹: qz
p insufflavit domin⁹ in discipu-
los suos: ⁊ ait illis: Accipite

spiritū sanctū. Quid sibi vult ista in-
sufflatio? Scimus enim quia status
ille q̄ de ore eius tūc pcessit: nō erat
spiritus sanctus. Non ergo credimus
illam insufflationē sine aliquo myste-
rio factam esse. Quid igitur rectius
hic intelligi potest aut apertius: q̄
hoc ideo illum fecisse vt intelligere-
mus spiritū sanctū de illo procedere.
Ac si diceret: Sicut videtis hunc sta-
tum p quem vobis spiritū sanctū: si-
cut sensibilibus insensibilia significa-
ri queunt: significo de intimo corpo-
ris mei ⁊ de psona mea pcedere: ita
scitote spiritū sanctū quem vobis per
hunc statum significo: de secreto vel
tatis mee ⁊ de mea psona pcedere.

Et namē psonam verbi et hominis:
⁊ in ea duas naturas: diuinā scilicet
⁊ humanā credimus ⁊ confitemur.
Sed dicent forsitan: status vtiq̄ ille
nō erat de substantia humana: ⁊ tñ
q̄st suū illū emittebat. Quapropter
docemur p huiusmodi spiritus sancti
dationem: quia cum dat filius spiritū
sanctum: dat ⁊ mittit suum spiritum
sed nō de sue diuinitatis essentia. Di-
cant igitur si qui hoc opinant: quia
sicut status nō est humana natura
cum emittit ab homine: ita spiritus
sanctus nō est diuina substantia: cū
datur vel mittit a deo filio: qd̄ nul-
lus confitetur christianus. Dicat etiā

Ps. 52. cum audiūt: Verbe domini celi firmati sunt: ⁊ spiritus oris eius oīs vir-
tus eorum: Si ibi nō negant intel-
legendum per spiritū oris domini spi-
ritū sanctū: nō illum esse de essentia
domini cui⁹ oris spiritus dicit: quia
spiritus quod ex ore solet hominū pro-
cedere: nō est de substantia illius de
cuius ore procedit. **12** Si non au-
dent dicere spiritū scilicet dei: nō esse

de essentia dei: ⁊ per verba rerum sen-
sibilem: id est per spiritū oris intel-
ligūt spiritū sanctum de secreto eius
essentie procedere: cuius oris spirit⁹
dicit: fateant etiam eundē spiritum
sanctum de illius essentia pcedere:
cuius labiorū spiritus dicit. **Legim⁹**
enim i ppheta de christo: Quia spi-
ritu labiorū suorum interficiet impiū.
Aut ergo ostēdant diuersitatē inter
spiritum oris ⁊ spiritū labiorū: quod
fieri nequit: aut pariter cōcedant spi-
ritū sanctū pcedere de illo cui⁹ oris
⁊ de illo cuius labiorum spirit⁹ desig-
natur. Et si dicunt nequaquā per spi-
ritum labiorum ibi intelligi spiritū
sanctū debere: sed verba p̄dicationis
eius: que ex isto aërio spiritu huma-
no in ore formauit: quia verbis suis
interficiet impiū: cum docendo ab
homine auertit impietate. **Ad** vtiq̄
hoc faciunt verba sensibilia ⁊ iste spi-
ritus sensibilis: sed spiritus sanct⁹ de
quo dicit deus per pphetam: **Ause-**
ram cor lapidēum de carne vestra: et
dabo vobis cor carneum: ⁊ spiritum
meū ponam in medio vestri. **Spiri-**
tus ergo sanctus interficit impiū: cū
cor eius conuertitur ab impietate ad
pietatem. **Ad** si intelligimus in illo
impio antichristū quem dominus ie-
sus interficiet spiritu oris sui: nō pu-
to q̄ aliquis attribuat virtutem illi
spiritui vocis humane tantū quātū
spiritui diuino. Si ergo spūs sanctus
intelligitur in his dictis: cum pariter
dicat spiritus oris domini cuius ver-
bo celi firmati sūt: id est patris: ⁊ spi-
ritus oris domini iesu: ⁊ spiritus la-
biorum eius: nō apparet cur magis
intelligi debeat procedere de ore pa-
tris q̄ de ore filij. Et si per os patris
intelligimus essentia patris: **Ad** em̄
est aliud os eius q̄ essentia eius: vt
sicut verbū domini est d̄ essentia ei⁹:
ita spūs oris ei⁹ nō sit nisi de essentia
eius: quid apertius q̄ sicut spiritus
oris patris est d̄ essentia patris ⁊ p-
cedit: ita spiritus oris ⁊ labiorū filij

1a. ii.

Ezech. ii

Beati Anselmi Epistola

Ps. 72.

de filij essentia sit et procedat. Puto enim quia nemo intelliget simpliciter ubi dictum est: Verbo domini celi firmati sunt: et spiritu oris eius omnis virtus eorum: verba transitoria et spiritum qui de hoc aere assumptus per loquentis os emittitur: sed quomodo cum hoc aliquis exponere conetur: sufficit quod illa insufflatio domini in discipulos cuius feci mentionem: factus est ad significandum quia de eiusdem persone sermo procedebat ille spiritus quem dicitur: de cuius occulto spiritus ille procedebat quem insufflabat. Venter enim scriptura divina significat aliquid secretum per sensibilibus similitudines: non per omnia que significant et significantur: similia possunt esse. Non enim hoc esset similitudo sed identitas: nisi forte quis dicere voluerit illam insufflationem ita simpliciter esse factam a sapientia dei sine omni spiritali significatio: Sed neminem puto ita insensatum ut hoc sentiat. Item filius dicit de spiritu sancto: Non enim loquetur a semetipso: sed quemcumque audiet loquetur. Quid est: Non loquetur a semetipso: nisi ab alio habet quod loquetur? Et quid est: ab alio habebit quod loquetur: nisi ab alio habebit scientiam eorum que loquetur? An potest dicitur: Non loquetur a seipso: addidit: sed quemcumque audiet loquetur. Quid est audire spiritum sanctum: nisi quasi discere? Et quid est discere: nisi scientiam accipere? Si ergo scientia eius non est aliud nisi essentia eius: ab illo habet essentiam a quo audit ea que loquetur: et que docet: quoniam id est est illi loqui quod docere. Non audit autem neque habet essentiam ab alio nisi a patre et filio. Verum si habet esse a patre sicut supra dicitur rationem: habet etiam a filio. Unde et idem filius dicit: Ille de meo accipiet et annuntiabit vobis. Quippe quid est aliud hoc dicere: quam me audiet: hoc est a me sciet quod annuntiabit vobis? Cum dicitur: Quemcumque audiet loquetur: non determinavit a quo audiet. Cum ho-

Job, 16.

Ibidem.

ait: De meo accipiet: ne quis soli patri attribuat: quod ab alio audit: aperte se esse: a quo sicut a patre scientiam sine essentiam accipiat: demonstrat. Sicut enim cum dicitur: Non loquetur a semetipso: sed quemcumque audiet loquetur: significat ab eo esse et procedere a quo audit: Ita cum profert filius: De meo accipiet: palam ostendit eum de suo: hoc est de essentia sua essentiam habere et procedere. Quod enim divina essentia non est: sub spiritu sancto est: nec ipse accipit aliquid de hoc quod sub se est. Quare cum filius dicit: De meo accipiet: non aliud ibi suum significat quam suam essentiam. Illud forsitan quod dicit filius: de meo accipiet: alter conabuntur intelligere quam ego exponerem. Sed quid dicit ubi ait: Ille? Nam non novit filium nisi pater: neque patrem quis novit nisi filius: aut cui voluerit filius revelare? Audiamus: quia nemo novit patrem aut filium nisi pater: aut filius: aut cui revelat filius. Non dicit autem: nemo: quasi nullus homo: sed ac si diceret: nullus omnino. Quippe si hoc intelligeret: non adderet: nisi pater: quia pater non est homo. Et cum ait: neque patrem quis novit. In hac monosyllaba dictione videlicet quis: non magis intelligit humanam quam quelibet personam. Omnino igitur nullus habet hanc noticiam nisi pater et filius: et cui filius idem revelat: Aut ita quod spiritus sanctus non cognoscit patrem et filium: quod impium est opinari: aut filius revelat ei sui et patris scientiam: que non est aliud quam eiusdem spiritus sancti essentia. Quod dicitur: quia licet filius scitum ad pronunciationem attinet: nullum ad hanc admittit noticiam nisi se et patrem: et cui ipse revelat: non tamen spiritum sanctum: aut ab illa separatum: aut illum a filio accipere fatendum est: quoniam pater et filius non se cognoscunt: nisi per hoc quod unum sunt cum spiritu sancto. Et ideo cum ait: patrem et filium invicem se nosse: intelligendus est simul

Math. 11

20

30

De processione spiritus sancti

spiritus sanctus. Et cum reuelat fili⁹ non spiritus sancto sed creature reuelat. Si in q̄ b̄ dī: nos statim cōstāter inferem⁹: Ergo si vbi apte x̄itas fm̄ q̄ verba oris ei⁹ p̄nūciāt: negat spiritus sanctū nosse: nisi reuelante filio patrem et filium: dicunt nos non tātum verba attendere debere quantū vnitatem essentis: que vna tribus et inseparabilis est: multo magis debem⁹ huius vnitatis seruare cōsequētiā: de qua supra locut⁹ sum cum eā nullo: aut scripto: aut sensu negat aucto-ritas: nec profert aliquid qd̄ contrarium sit: aut aliquo modo repugnet. Eligant itaq̄ greci vnū de duobus si aperte volunt veritatē resistere: aut scz spiritus sanctū non nosse patrē aut filiū nisi reuelante filio: aut p̄pterea quia in hoc qd̄ p̄ se cognoscūt pater et filius vnū sunt cum spū sancto: qm̄ ipsi dicunt se nosse cōsequit̄ ex necessitate: vt in eadem noticia intelligat̄ spiritus sanctus. Nampe nihil est mediū si volunt hanc noticiam a spū sancto aut veritatē a verbis penitus abdicare: Que vtraq̄ exerat̄ vera confessio. Sicut enī ait veritas: Nemo nouit filiū nisi p̄ter: neq̄ p̄ter q̄s nouit nisi filius: et cui voluerit filius reuelare. Si quidem eligūt spiritus sanctū nosse patrē et filiū p̄ reuelationē filij: habet a filio nosse: qd̄ nō est aliū illi q̄ esse. Est igit̄ et procedit a filio: qm̄ ab illo p̄cedit a quo est. Si autē dicunt: cum pater et filius dicunt nosse se: quia essentia p̄ quā se noscūt eadē est spū sancto: cōsequit̄ spiritus sanctū eiusdē esse consortē noticie: cū legit̄ illū a patre p̄cedere: de quo aut fili⁹: Ego et pater vnū sumus: confiteant̄ nobiscū: p̄pter essentialē identitatem patris et filij: illū a filio p̄cedūbio p̄cedere.

3 Nō obijcūt cum dicūt: filiū a patre nasci: et spiritus sanctū a patre et filio p̄cedere: quia quosdā gradus et quēdā interualla cōstitim⁹ q̄si spū sanct⁹ esse nō possit nisi filio p̄sus nascat̄ a p̄te vt poste-

rior filio sit spū sanct⁹: et ideo rectius dici q̄ parit̄ sint a p̄te filio nascēdo et spū sanct⁹ p̄cedēdo: ita vt nec fili⁹ a spū sancto sit: nec spū sanct⁹ a filio: sicut splēdor et calor parit̄ se de vno sole: nec splendor a calore est: nec calor a splēdore. Si in q̄ b̄ aliq̄s nre obijcit assertiō: Rēdem⁹: Nos nec grad⁹ dīgnitatis ponim⁹ in deo q̄ vn⁹ est: nec in existēdo filiū de patre: aut spū sanctū de patre et filio interualla i eternitate q̄ est extra omne t̄pus statimim⁹. Sicut enī oēs christianā fidē tenētes cōfitemur: nec minorē: nec posteriorē filiū eē patre: quis nō nisi de illo sit. Ita q̄ nos q̄ dicim⁹ spū sanctū de filio esse siue p̄cedere: nec minorē: nec posteriorē eum filio fatemur. Nampe quis splēdor et calor de sole p̄cedat: nec possint eē nisi sit ille de quo sūt: nihil t̄n p̄sus aut posterius in tribus: in sole: et splēdore: et calore intelligim⁹: multo itaq̄ min⁹ cū hec in rebus tpalibus ita sint: i eternitate que tpe nō claudit̄ p̄dicte tres p̄sone i existēdo susceptibiles interualli possint intelligi. Quod autē dicūt: quia filius et spū sanctus sic possunt esse de solo patre: vt nec fili⁹ sit de spū sancto: nec spū sanct⁹ de filio: sicut splēdor et calor simul p̄cedūt de vno sole: vt alter non sit de altero: non recte hoc nobis opponit̄. Cum enī dicimus filium de patre: et spiritus sanctū de patre esse: filiū fatemur deū et spiritus sanctū deū esse de patre deo: et has tres p̄sonas vnū solum deū esse: et idipm̄ esse de eodem ipso. In sole: x̄o nō dicimus solē esse de sole: cum splendor aut calor est de sole: nec idipm̄ esse solem: et qd̄ est de sole: nec illa tria vnū esse solē. Nam si sol et splendor vnus esset sol: aut si sol et calor similis vnus sol esset: necesse esset aut splendorem esse de calore cū esset de toto sole: quis idipm̄ esset qd̄ calor: aut calorem de splēdore esse qd̄ de sole haberet esse q̄ nō a splēdore dīfferret essentia. Quoniam tamē filiū et spiritus sanctū ita pariter esse de solo patre: sicut calor

Beati Anselmi

Epistola.

et splendor sunt de vno sole. Sed si ita est: unde habent qui hoc dicunt quod spiritus sanctus confitentur esse filium: et filium negant esse spiritum sanctum? Maxime licet nulla ratio admittit ut calor sit splendor: aut splendor caloris: ita non patitur veritas ut spiritus sanctus magis sit filius quam filius spiritus sancti. Quapropter si negare non audeat spiritus sanctus esse filium: negent filium et spiritus sanctus ita esse patrem de solo patre: sicut sunt splendor et calor de vno sole. Quare si hoc nobis obijciunt quod dixi de splendore et calore solis: nec cum illis: nec contra nos est.

Item nobis dicitur ne omnino separent filium a patris communi-
one in hac spiritu sancti pro-

Recessione: asserunt eum de patre per se-
illum procedere. Sed hoc quomodo intel-
ligi possit: non videtur: praesertim cum
nisi legantur de hoc aperte probare
queant. Nam si hoc sibi suffragari exi-
stimant quod legitur de deo: Quia ex
ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia:
ut ex quo sunt omnia sit pater: et per
quod filius: et in quo spiritus sanctus: et inter
omnia que sunt per filium spiritus sanctus
accipitur. Hoc quidem quod ex patre sunt
omnia et per filium et in spiritu sancto: sine
scrupulo accipimus: illud vero quod spiri-
tus sanctus sit inter omnia que sic esse
dicitur apostolus: minus est scrupulosum as-
serere. Impossibile namque est vnam quam
libet de illis tribus personis inter illa
omnia claudere et duas alias exclu-
dere. Quod si pater et filius sunt inter
omnia que sunt ex patre et per filium et
in spiritu sancto: videat in eis rationalis quanta
sequatur confusio. Cum ergo dicat
apostolus: Ex ipso et per ipsum: et in ipso
sunt omnia: intelligere debemus sine
dubio omnia creata a deo que ita sunt
ex ipso: et per ipsum: et in ipso: sicut aliud
ex alio: et per aliud: et in alio. Antequam
enim factum est non est idem deo: sed ab
alio aliud. Spiritus autem sanctus non
est aliud sed id ipsum: quod pater et fi-
lius: utique nihil aliud intelligi potest
quo ostendi possit spiritum sanctum per filium

de patre (sicut aiunt) procedere. Cum enim pater et filius non differant in unitate deitatis: nec spiritus sanctus procedat de patre nisi de deitate: si eadem deitas est filii: nequit intelligi quod procedat de deitate patris per deitatem filii et non de eiusdem filii deitate: nisi forte deus dicat spiritum sanctum non procedere de deitate patris sed de paternitate: nec per deitatem filii sed per filiati-
onem: que opinio sua se patentis fatuitate suffocat. Quod si dicitur: quia cum dico illum procedere de deitate patris et filii: non possumus deitatem spiritus sancti ab hac parte et filii deitate separare: quoniam vna et eadem est deitas trium: et ideo sequitur de deitate patris et filii procedit: de sua quoque eum procedere: et ob hoc spiritus sanctum de seipso procedere. Ad hoc iam superius sufficien-
ter memini respondisse: quia nulla persona ex se ipsa esse potest: nam sicut filius cum est de patris essentia quibus non sit alia sed eadem filii essentia que est patris: non tamen est de seipso sed de patre solo: ita spiritus sanctus cum est de essentia patris et filii: que est eadem illi: non tamen est de seipso: sed in modo de patre et filio. Dicitur: Cur non similiter dicere possumus spiritum sanctum de patre per filium procedere: sicut dicimus a patre omnia per verbum facta quod est filius? Sicut enim cum pater facit per verbum suum: non facit per aliud quam per hoc quod ipse est: hoc est per essentiali potestatem: que est eadem verbi: et non dicitur tamen facere nisi per verbum: Cur non similiter dicimus spiritum sanctum a patre procedere per verbum: cum non procedat de patre nisi de hoc et per hoc quod idem est illi cum filio: quibus non ut creatura sed ut id ipsum de eodem ipso: Audeamus quid sequatur si hoc dicimus: Et pater sit inter nos. Mempe que facta sunt a patre per verbum facta sunt ab ipso verbo. Ipsum namque verbum dicitur: Quaeque pater fecerit: haec et filius similiter facit. Dicamus igitur: quia spiritus sanctus cum procedit a patre per filium: procedit et a

Roma. II

Job. 5.

De processione spūs sancti

filio similis: sicut que facta sunt a patre per verbus; facta sunt similiter ab ipso verbo. Huius forte intelligit spiritus sanctus procedere de patre per filium quemadmodum cum fons fluit in rivum: et rivus colligit in lacum: dicitur lacus esse de fonte per rivum. Sed ibi non est rivus in fonte sed extra fontem: sicut est filius in patre et non extra patrem. Quare sic non est spiritus sanctus de patre per filium: sicut est lacus de fonte per rivum. Si tamen sic est: negari nequit esse de filio quous sit de patre per filium: sicut fatendum est lacum esse de rivum: quous sit de fonte per rivum. Qui enim negat lacum esse de rivum: quomodo potest esse de fonte rivus: dicat se non esse de patre suo sed de adam: quomodo per patrem suum est de adam. Dicat etiam filium virginis non esse de maria nec de david: nec de abraha: quoniam isti prius fuerunt de adam: et dicat falsum esse quod dictum est abrahae: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Et ad david: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Et ad maria: Benedictus fructus ventris tui. Dicitur etiam christus non esse semine horum vel fructum sed ad: quoniam isti ab illo descenderunt. Sed neque de adam est filius virginis secundum hunc sensum: sed de limo de quo factus est adam. Et inferet: Huius dicitur spiritus sanctus non procedere de filio sed de patre per filium: quous sit de patre et de filio: sicut dicitur lacum esse de fonte et de rivum. De processione namque verbo questio est inter nos: quam vos asseritis esse de filio: nos negamus. Ecce enim videtis rivum de fonte procedere quasi de originali principio: lacus autem non procedit sed colligitur de rivum: quous habeat esse de illo. Ita igitur etiam spiritus sanctus habeat esse de filio: non tamen procedere proprie dicitur de filio sed de patre quasi de principio. Hoc forsitan diceret recte si filius nasceretur de patre procederet extra patrem: et medio quodam spacio interueniente prius intelligeret esse spiritus sanctus de patre quam de filio: sicut rivus de fonte fluens extra fontem procedit:

quodam intervallo in lacum colligitur: et prius est lacus de fonte quam de rivum: et ideo est de fonte per rivum: non de rivum per fontem. Verum cum filius nascens de patre non exeat extra patrem: sed in ipso manens: nec loco: nec tempore: nec essentia diversus sit a patre: et cum unum sit idemque patri et filio id videtur procedit spiritus sanctus: nec intelligi potest: nec dici debet spiritus sanctus procedere de patre et non de filio. Non ergo videtur quod ratione dicatur spiritus sanctus non procedere de filio: sed de patre per filium: cum etiam si per filium nequeat non de filio. Si quis tamen vult dicere filium de patre procedere magis proprie quam spiritus sanctus de filio: quous spiritus sanctus de illo sit sicut rivus: magis illi videtur procedere de fonte quam lacus de rivum: non concedat spiritus sanctus procedere de filio de quo habet esse sicut lacus de rivum. Nos non negamus nascentem aliquo modo procedere de illo de quo nascitur: et spiritus sanctus asserimus suo modo non quasi de duobus fontibus: sed vere de uno fonte procedere: ita tamen ut nomen natiuitatis: nec processio recipiat. Non est igitur cur magis dici debeat filius procedere de patre quam spiritus sanctus de filio.

Intelligentius consideremus quod lacus sit de fonte pariter et de rivum: ut per hoc sit per temporale et locale aliquid potest intelligi quod eternum est: cognoscimus spiritus sanctus esse de patre et filio. Multa enim in horum consideratione: sicut in epistola ad venerabilis memorie urbanum de incarnatione verbi scriptis: inveniuntur quod unum deo et tribus personis per quamdam similitudinem aptantur. Constat enim quod una eademque aqua est que et fons et rivus et lacus dicitur: non tres aque quous tres sint: fons: rivus: et lacus. Diceremus itaque inter fontem: rivum: et lacum: et videamus quomodo singula hec cum tria sint in una intelligenti aqua. In fonte quidem aqua de abyso ascendens ebullit: in rivum de fonte descendens fluit: in lacum colligitur et manet. Per fontem ergo intelligitur aqua de abyso ebulliens

Gen. 22.
Ps. 131

Ruce. 1.

Beati Anselmi Epistola

per riuum: qz de fonte fluit i lacu: qz simul ibi coadunaf. Videmus autē qz riuus nō est de h vnde aqua fons dicit: sed de hoc qd est id ē de aqua: nec lacus est de hoc vnde aqua dicit fons aut riu: sed de ipsa aqua q vna r eadē est in fonte r riuo. Non ergo de hoc vnde differūt fons r riuus: s de hoc in quo vnū sunt lacus existit. Si ergo nō magis fons est hoc vnde lacus est qz riuus: nequit intelligi lacus magis eē de fonte qz de riuo. Sic itaqz cū dicit: deus pater aut filius aut spūs sanctus vna in tribus intelligit essentia r vnus deus: quod nomē est spūs significatiuū essentie: s in patre intelligit gignēs: in filio genit: et in spūs sancto singulari quodā r ineffabili mō pcedens. Quā admodū igit lacus nō est de hoc vnde diuersi sunt abinuitē fons r riuus: sed de aqua i qua vnū sunt: ita spūs sanctus nō est de hoc vnde aliq sunt abinuitē pater r filius: sed de diuina essentia in qua vnū sunt. Si ergo non magis est pater hoc vnde spūs sanctus est qz filius: intelligit nequit cur magis sit de patre qz de filio. Qd si dicit nō eū esse posse de duabz causis siue ex duobus principijs: Respōdemus: qm sicut nō credim? spūs sanctū esse de hoc vnde duo sunt pater r filius: sed de hoc in quo vnū sunt: ita nō dicim? duo ei? principia sed vnū principiu. Quippe cū dicim?: deum principiu creature: intelligim? patrē r filiū r spūs sanctū vnum principiu nō tria principia: si cut vnuz creator ē nō tres creatores: qm tres sint pater r filius r spūs sanctus: quoniam p hoc in quo vnū sunt: nō p hoc in quo tres sunt est pater aut filius aut spūs sanctus principiu siue creator. Sicut igit qm p sit principiu: r filius sit principiu: r spūs sanctus sit principiu: non tamē sunt tria principia sed vnum: ita cum spūs sanctus dicit esse de patre r de filio nō est de duobus principijs: sed de vno qd est pater r filius: si tamē dicit debet deus habere principiu aut cau

sam. Principiu nāqz videt non nisi rei incipientis esse: r causa nō nisi effectus alicui: r spūs sanctus nunqz incipit esse nec esse effectus alicui. Qd enim incipit esse: pficit de nō esse ad esse. Et nomē effectus rei que fit apertari videtur pprie. Qd nō tamē verū est fillum esse de patre: r spūs sanctū de patre r filio: si suo quodā r ineffabili modo intelligit: qm aliter pferri nequit: dicit nō incōgne potest pater quodāmodo principiu filij: r pater r filius principiu spūs sancti. Nec tñ duo cōfitemur principia: vnum patrē ad filiū: alterū patrē r fillum ad spūs sanctū. Sicut nō credimus aliū deum patrē de quo est filius: r aliū deum patrē r filiū de quo est spūs sanctus: qm de eodē deo siue de eodem principio suo quisqz mō sit: alter se nascendo: alter pcedendo: s quodam singulari r ineffabili mō intelligit ista pcessio. Processio nāqz multis modis dicit: de quibz iste solitarius intelligit: sic natiuitas filij singularis cognoscit. Idipm intelligit si dicim? patrē esse causam filij: r patrem r filiū causam spūs sancti. Non em̄ duas possum? dicere causas: aliā videlicet filij: aliā spūs sancti s vnā: quā admodū nō duo dii sunt sed vnus deus: de quo est filius r spūs sanctus.

¶ Autē querit: cum dñs dicit: **Mat. 16.**
1 Cum venerit paraclytus spūs **Job. 15.**
veritatis qui a patre pcedit: cur non addidit: r a filio: vel a me: si sic voluit intelligi? Ad hoc inusitatum in dictis illius: vt cum attribuit aliqd patri quasi soli vel sibi vel spūs sancto: vel it in alijs intelligi qd de vno loquitur: Nam cum dicit: Beatus es simon bartona: quia caro r sanguis nō reuelant tibi: sed pater meus q in celis est: Adnc ipse filius r spūs sanctus intelligēdus est reuelat: se cum patre: Quoniam em̄ pater non reuelat p hoc quia pater ē: sed p hoc quia deus est: r idem deus est pater r filius r spūs sanctus. Sequit: Et qd reuelat pater reuelat filio r spūs

De processione spūs sancti

Matth. 11 sanctus. Item cū dicit: Nemo nouit filiū nisi pater: neq; patrē quis nouit nisi filiū: et cui uoluerit filius reuelare: quasi solus filiū cognoscat et reuelat patrē: et solus pater cognoscat filium: intelligendū est ibi reuelare et nosse tribus psonis esse cōmune: qm̄ non p hoc q; aliū sunt abinuitē: sed p hoc q; vnū sunt pater et filius et spūs sanctus: cognoscūt et reuelant. Cum enī dicit patrē nosse filiū: et filiū nosse patrem et reuelare se et patrē: apte uult intelligi: quia pater cognoscit spiritū sanctū: et filius noscit et reuelat spm̄ sanctū: qm̄ idipm̄ qd̄ ē pater et filiū ē

Job. 14. et spūs sanctus. Similit̄ cū dicit: Qui me uidet: uidet et patrē: nō est sepandus spūs sanctus: qm̄ q̄ uidet h̄ unde vnū sunt pater et filiū et spūs sanctus: nō potest uidere vnū de his tribus sine alijs duobus. De spūs sancto q̄ dicit ad

Job. 16. aplos: Cū autē uenerit ille spūs ueritatis docebit uos omnē ueritatē: q̄ si solus spūs sanctus doceat omnē ueritatē: cū nec sine patre: nec sine filio doceat omnē ueritatē. Idō enī p hoc q; est spūs alius? sed patris et filij spūs: sed p hoc q; vnū est euz pater et filio: id est per hoc q; deus est docet omnē ueritatē. Et dicitur igit̄ qnō in his q; posui qd̄ vni q̄ si soli attribuit ab alijs non possit psonis separari. Multa huiusmodi in sacra scriptura legim⁹: vt qd̄ de vna psona singularit̄ dicit̄ in differēt̄ de tribus intelligat̄. Quia quid enī de vna psona pnuclat̄: de alijs pariter oportet intelligi: nisi cū de hoc vñ alie sunt: vt dixi: abinuitē obuiare cognoscit̄. Quapropter cum credim⁹ spūs sanctū de pre pcedere: qm̄ deus de deo: id est essentia spūs sancti de essentia patris q̄ vna est: tribus esse intelligit̄: necesse ē vt de filio enī similit̄ esse cōsitemur si filius nō est de illo: de hoc enī ē spūs sanctus qd̄ est filius et qd̄ est pater.

H Ad dicit aliqd̄: deo intelligimus filiū et spūs sanctū reuelare qd̄ solus pater reuelare dicitur: et patrē et spiritū sanctū reuelare et nosse qd̄ sol⁹ filiū facere dicit̄:

et patrē et filiū docere qd̄ sol⁹ spūs sanctus docet̄ ire, pmittit̄: q; qd̄ de vno solo in vno loco legit̄: d̄ alijs alibi apte significat̄. Cum x̄o dicit spūs sanctū de patre pcedere: nō legimus: alicubi enī de filio pcedere: p̄ter quod monemur: non nostro sentū qd̄ nūq; dicit̄ est asserere. Ad qd̄ respōdemus: quia potius docemur per hec que sic dicta sunt: ea que in similibus dictis tacentur: similit̄ intelligere: p̄ferim cum ex his que dicunt̄ nulla ratione tradicente: ea que non dicunt̄ rationabili necessitate cōsequi aptissime videmus. Cum enī dicit domin⁹ ad patrē: Hec est autem uita eterna vt cognoscant te: solū uerum deū: et quē nūq; iēsum christū. An ideo debemus separare ab hac salubri et uitali cognitione spūs sanctū: q; nūq; legit̄.

Hec est autē uita eterna vt cognoscāt patrē solum uerū deum et spūs sanctū? Aut hec est uita eterna vt cognoscant filium uerū deum et spūs sanctū? Aut cum legim⁹: Quia sicut pater habet uitam in semetipso: sic dedit et filio uitam habere in semetipso: dicemus spūs sanctū non habere a patre a quo est vt habeat in semetipso uitam: sicut habet pater et filius: qm̄ hoc nūq; dicit filius de spiritū sancto: sicut de seipso? Item cum dicit:

Pater in me est: et ego in patre: et qui uidet me: uidet et patrē: an negamus spiritū sanctū esse in patre et filio: et patrē et filium esse in spiritu sancto? Aut enim qui uidet filium uideret spiritū sanctū sicut uidet patrē: si hec non eadem pnuclatione leguntur: que de patre et filio pferunt̄: immo quoniā vnus idem q; deus est pater et filius et spiritū sanctus: Cū dicit cognoscere solum uerum deum patrē et filiū esse uitam eternā: in separabiliter intelligendus est in illa cognitione spiritū sanctus. Et cū legit̄ mus: Quia sicut p̄ habet uitā in semetipso: sic dedit filio h̄c uitā in semetipso: nō debem⁹ uitā eandē existimare alienā a spūs sancto: aut q; illā nō a semetipso h̄at. Et cū audim⁹: P̄ter in me

Job. 17.

Job. 5.

Job. 14.

Beati Anselmi

est et ego in patre: et quod me videt: videt
et patrem: cognoscere debemus per hec quod
ita dicunt: quod spiritus sanctus non est extra
patrem et filium: aut pater et filius extra
spiritum sanctum: quod per visionem filii videtur
spiritus sanctus sicut et pater. Sicut enim non
est alius deus pater: alius deus filius:
alius deus spiritus sanctus: sic non habet
deus in seipso aliud quam deum: non est
deus extra deum: nec deus dissimilis deo.
Denique non legimus in prophetis: aut
euangelista: aut apostolo his verbis: Deum
vnum esse tres personas: aut vnum deum
esse trinitatem: aut deum de deo. Sed
neque illo symbolo in quo non est pla-
ta processio spiritus sancti de filio inueni-
mus nomen trinitatis. Quod autem ex
his quod legimus hec aptissime sequuntur:
constanter ea et corde credimus et ore
confitemur. Quare non tantum suscipere
cum certitudine debemus que in sa-
cra scriptura leguntur: sed etiam ea que
ex his nulla alia contradictione ratione
rationabili necessitate sequuntur.

¶ Antequam supra iam dicta se sus-
cipere possint: adhuc tamen aliquid
addenda: vnde spiritus sanctus co-
gnoscatur esse de filio. Constat enim greci
nobiscum spiritus sanctum esse spiritum dei: et spiri-
tum patris: et spiritum filii. Quero itaque
si eodem modo intelligitur esse illi spiritum
dei: et spiritum patris: et spiritum filii: aut dissimili-
ter. Certum est autem: quod non dicitur spiritus dei
sicut possessio: ut cum dicitur: requies al-
tius vel domus. Maior enim est qui
possidet quam quod possidet: deus autem
non est maior spiritus sancto: quod spiritus san-
ctus est deus: nec deus est maior deo.
Neque dicitur spiritus dei ut membrum dei:
sicut manus: vel pes hominis: non enim
deus habet membrum aut partem ullam. Quod
ergo intelligendus est spiritus esse dei: nisi
hoc quod est ex deo est: Non autem si-
gnificat aliud nomen patris quam deum quod est
pater: aut relationem eius ad filium ex
qua nomen patris habet. Similiter di-
cendum est de filio. Quid namque intel-
ligitur in nomine filii: nisi deus qui filius
est: aut relatio que refertur ad patrem
per quam filius appellatur. Sed nullus

Epistola.

sensus capit spiritum sanctum esse spiritum
patris: aut filii: sed quod alter est pater
alter filius: sed quod vterque vnum idemque
deus est. Quare idem est intellectus
cum dicitur spiritus sanctus spiritus dei: et spiri-
tus patris: et spiritus filii: sed spiritus dei
et spiritus patris dicitur: quia est et procedit
de deo et de patre. Itaque est et procedit
de filio: quod eodem sensu spiritus filii dicitur.
Nam cum dicitur: spiritus sanctus spiritus
dei et spiritus domini: si non intelligimus
ibi spiritum filii eo sensu quo spiritum
patris: aut sepabimus filium a nomine
dei vel domini: aut bifariam intelligetur
spiritus dei: siue spiritus domini. Sed vnde
hunc habent sensum: aut ubi legitur in
sacra scriptura: quod similiter non intel-
ligatur de patre et de filio: cum legimus
spiritum dei: et spiritum domini: aut quid in-
uenitur: vnde hoc non sequatur? Nam si
dicunt cum dicitur: spiritus patris: duobus
modis intelligitur. Est enim spiritus pa-
tris: quia est de patre: et quia datur a
patre: filii vero spiritus non est nisi quod datur
a filio. Hoc quod quero vnde habeatur:
Et si dicitur quod in nulla autentica dicitur
est pagina: nec sequitur ex eo quod scriptum
sit. Cur nos reprehendant: cum dicitur
spiritus sanctum procedere de filio:
ideo quod hec verba non leguntur: cum ex his
que leguntur et creduntur hoc ex necessi-
tate sequi intelligimus. Iudicent ergo
ipsi quid potius suscipiendum sit: quibus
in sacra pagina verumque taceatur: an
hoc quod nos dicimus spiritum sanctum pro-
cedere de filio: quod ostendimus ex his
consequitur que veraciter credimus: an
quod ipsi dicunt spiritum sanctum aliter esse
patris: aliter filii: quod nec auctoritate
nec ratione: nec ex his que certa sunt
possunt ostendere: utique aut debent
cessare ab hac sua sententia: si tamen
hoc dicunt ut audio quod spiritum sanctum
aliter est filii spiritus quam spiritus pa-
tris: cum hoc nullatenus legatur: vel vnde
hoc probent: aut saltem nos reprehen-
dere non debent quod dicimus spiritum san-
ctum procedere de filio: quibus his ver-
bis non legamus: quoniam ex his quod pa-
triter credimus: hoc consequi monstramus.

De processione spiritus sancti

Sed si cessant ab hac sua assertionē: credāt pariter nobiscū spū sanctū si- militer esse patris et filij spū: et intel- ligāt eum a filio sicut a patre. pcede- re. Et si nos repbēdere desinūt: fate- ant nobiscū h̄ vnde cognoscūt nos repbendi nō debere.

Hoc autē q̄ nos repbendūt a i symbolo illo qd̄ pariter nos et illi suscipimus et tenemus: addidisse spiritū sanctū a filio pcede- re: et querūt cur h̄ factū sit: et quare h̄ p̄us eorū ecclesie mōstratū nō ē: vt cō- munitē cōsideraret et cōi consensū adderet qd̄ addendū erat. Ad hoc in q̄s responsū sufficiens habemus. Nam si querit cur factū sit: dicimus: quia necesse erat ppter quosdā mi- nus intelligētes qui non animadu- tebant in illis q̄ vniuersa credit eccle- sia: cōtineri: et ex his sequi spiritū san- ctū de filio pcedere: ne forte hoc cre- dere dubitaret. Ad q̄ necessariū fue- rit p̄ illos qui hoc negant: quia i illo symbolo positū nō est cognoscimus. Quoniam igitur et necessitas cogebat et nulla ratio phibeat: et vera fides hoc admittēbat: fiducialiter asseruit latinitas quod. credendum et confi- tendū esse cognoscebat. Scimus enī q̄ non omnia que credere et confite- ri debemus ibi dicta sunt: nec illi qui symbolū illud dictauerē: voluerunt fidem christianā esse cōtentā ea tū- modo credere: et cōfiteri que ibi posu- erunt: vt alia taceā: non ibi dixit de- minus ad infernū descendisse: qd̄ tū pariter et nos et greci credimus. Si autē dicunt nullo modo debuisse cor- rumpi symbolū tāta auctoritate fir- matū: nos non iudicamus esse corru- ptionē vbi nihil addidim⁹ qd̄ his q̄ ibi dicta sunt aduerse. Et quis de- fendere possemus hanc adiectionem non esse corruptionē: si q̄s tamē hoc cōtentiose voluerit asserere: respon- demus nos illud non corrupisse sed aliud nouēdidisse: illud s̄m pprie- tatem greci dictaminis translātū cū illis integz seruamus et veneramus.

Illud autē quo frequētius in popu- li audientia vtimur: latino more di- ctatum cum additamēto supradicto edidim⁹. Qu autē querit quare h̄ gre- corū ecclesie consensū factum non est: Respōdem⁹: quia et nimis erat diffi- cile latinis eorū episcopos ad cōsulē- dum de hac re colligere: nec erat ne- cesse: Unde non dubitabant hoc in- questionē adducere. Que est enī ecclesia que vel p̄ amplitudinē vni⁹ regni dilatat cur non liceat aliqd̄ s̄m rectā fidem cōstituerē qd̄ in conuen- tu populi vtiliter legat aut cantet? Quāto ergo magis licuit latinis hoc cōstanter pferre in quo oēs gentes et omnia regna que latinis vtunt litte- ris pariter cōcordant.

Obligamus breuiter q̄ supra pluribus rationib⁹ effectū est: Constat in expugnabili ratōe spiritū sanctū esse de filio: sicuti est de patre: nec tamē esse de duobus diuer- sis sed de vno. Ex eo est q̄ pater et fi- lius vni sunt: id est ex deo: et est spiri- tus sanct⁹ non ex eo vnde alij sunt ab inuicē: sed qm̄ deus de quo est spiri- tus sanctus est pater et filius: idcirco vere dicit esse de patre et filio q̄ duo sunt. Et qm̄ pater non est prior aut posterior filio: aut maior aut minor: nec alter magis aut minus est deus q̄ alter: non est spū sanctus prius de patre q̄ de filio: nec de filio q̄ de patre: nec maior nec minor ē existētia de patre q̄ existēs de filio: nec magis nec min⁹ est de vno q̄ de altero. Nā de altero si plus aut posterior: vel ma- ior vel minor: aut magis aut minus de vno eēt q̄ de altero: ex necessita- te sequeretur: vt aut spū sanct⁹ nō esset de hoc in quo vnum sunt pater et fi- lius: aut ipsum vni non esset pfecte et simpliciter vnum: sed esset ibi ali- qua diuersitas de qua illa quā dixi ē existēdo de eodem vno spū sancto esset varietas. Sed dici nō potest qd̄ spiritus sanctus non sit de hoc in quo vnum sunt pater et filius: alioquin nō esset de deo. Nec credi debet q̄ i ipso

Beati Anselmi Epistola

vno sit fm qd̄ ē aliq̄ dīssitas. Quare nec prius nec post: nec maior aut minor: nec magis aut minus est spū sanctus d̄ p̄re q̄ de filio: aut d̄ filio q̄ de patre. It̄o est vn̄ idē q̄ spū sanctus q̄ simul ē tot̄ de deo toto: maḡ aut minus pōt esse de vno ⁊ summo simplici deo. Ad̄ si dicat̄: q̄ spū sanctus p̄ncipaliter est de patre: q̄ si magis sit de p̄re q̄ de filio: It̄o ita dicendū est vt intelligat̄ vlla p̄dictarū varietatū inesse: sed qm̄ fili⁹ hoc qd̄ est de p̄re h̄z: idcirco hoc ipsum q̄ spū sanctus est de filio habere de patre: de quo habet eē non incōueniēter asserit. Qm̄ tñ sic habet esse de patre vt oīno idip̄m sit qd̄ pater: ⁊ vn̄ idē q̄ deus. Sic sol⁹ ⁊ simplex deus nō pōt esse maior vel minor: seip̄o: nec prior: nec posterior: nec aliquid ī se habet diuersum: sic filius nec prior nec posterior: nec maior nec minor ē pater: nec habet aliqd̄ in se diuersum ab eo: sed sicut habet ab illo p̄fecte esse: ita habet p̄ oīa ab eodem equale illi ⁊ simile: imo idip̄m esse. Quapropter sicut pater nō est magis deus q̄ fili⁹: q̄uis fili⁹ habeat esse de patre: ita nō est magis spū sanctus de patre q̄ de filio: itez filius a patre habeat: vt de illo sit spiritus sanctus. In eo em̄ in quo est vn̄ idem q̄ cū patre: id est in eo q̄ deus est: nec est alius ille ⁊ ali⁹ pater: neq̄ dīssiliter sunt id qd̄ sunt: s̄ ī eo q̄ ille est p̄r̄ iste filius: ali⁹ est ille ⁊ alius est iste. Et sicut filius nō est alius deus q̄ pater: ita fm̄ qd̄ deus est nō habet aliqd̄ ab alio q̄ a seip̄o. It̄a cū dicimus deum de deo: filiū de patre: non aliū intelligim⁹ deū de deo alio: sed eundē ipsum deū de eodem ip̄o deo: q̄uis dicamus aliū de alio: filium sc̄z de patre. Sicut enī supra dictum est: quēadmodū deus fm̄ nomē significans vn̄itatē: nullā recipit diuersitatem: ita fm̄ nomē significātia deum eē de deo: necessārio admittit pluralitātē. Si ḡ dicat̄ q̄ spū sanctus p̄ncipaliter a patre sit: non aliud significat̄ q̄ quia ip̄e filius de quo est sp̄i

tus sanctus a patre habet hoc ipsum vt spū sanctus sit de illo: qm̄ id qd̄ est habet a patre. It̄o quēadmodum in reb⁹ creatis cū aliquid asserim⁹ esse: p̄ncipaliter volum⁹ significare q̄ magis sit hoc qd̄ dicat̄ eē p̄ncipaliter q̄ illud ad quod refert̄.

T cum dispētor alieni⁹ dñi **¶** eius p̄cepto pascit familiā domus: oīs p̄ncipaliter ⁊ magis eam pascere recte dicat̄ q̄ dispētor. It̄a oīa que sunt dñi sunt dispētoris equaliter: sicut ea q̄ sunt patris filij quoq̄ sunt nō equaliter. Queret forsitan aliq̄ ⁊ mirabit̄ dicēs: Quō potest intelligi vt habeat aliquid eē de aliquo: ⁊ nō sit aliquo mō id de q̄ est p̄ncipaliter ⁊ dignius: ⁊ hoc qd̄ ex eo est quodāmodo minus ⁊ quasi secundariū: p̄sertim cū id qd̄ est de ali quo videatur indigere vt sit ex eo de q̄ est: illud h̄o de quo ē nequaquē egeat eo qd̄ de se ē. Ad̄ qd̄ respondētū ē: quia sicut essentia dei valde diuersa ⁊ aliena est a creatura essentia: ita cum dicimus: deū de deo existere nascentem vel p̄cedendo: longe aliter intelligenda est ista natiuitas sine p̄cessio q̄ cum dicimus in alijs reb⁹ aliquid nasci vel p̄cedere. Ibi enī nihil est: aut natura: aut tēpore: aut in aliquo prius: aut posterior: magis aut minus: aut aliqua rōne aliquo indigens: sed totū qd̄ est: nō tamē equale vel simile sibi ⁊ coeternū q̄ idem sibi ip̄s ⁊ p̄ se sibi p̄s oīno sufficiens: nec nascit̄ vel p̄cedit ibi aliqd̄ q̄si de nō esse p̄ficiens ad esse. Sicut igit̄ intellectus noster nō potest transire vltra eternitatem: vt potest p̄ncipio eius iudicet: sic nō potest de hac natiuitate vel p̄cessione: nec debet ad similitudinē creature sentire vel iudicare. Sed quoniā ⁊ qd̄ nascit̄ ⁊ qd̄ p̄cedit: nō est aliud nisi id de quo ē nascens vel p̄cedēs: qd̄ est solus ⁊ vn̄ de⁹: sicut id ē de⁹ non est seip̄o maior vel minor: ita in tribus hoc est in patre ⁊ filio ⁊ spū sancto nō ē aliqd̄ magis vel minus: nec est ali⁹ alio h̄ qd̄ est

De processione spūs sancti

matius vel minus: quis verū sit q̄ de
est de deo nascēdo ⁊ pcedēdo. Ecce
videm⁹ quāta veritate ⁊ quāta ne-
cessitate sequat̄ spiritū sanctū de filio
pcedere. Ad si verū nō ē: aut aliqd
eorū ex quib⁹ hoc dixim⁹ cōsequit̄ sal-
sum est qd̄ cōtra christiāā fidē quā
cū grecis tenemus: aut nō psequeter
cōclusim⁹ qd̄ ostēdi nequit. Quare
si verū nō ē: fides christiana destruit̄
tur. Palā etiā est intelligēti si falsuz
esse ponitur: quia nulla inde veritas
nascit̄. Cōsideramus quoq; qd̄ eue-
niat cū p vero asserit̄. Atiq; si verū
est spūs sanctū pcedere a filio sicut a
patre: sequit̄ qz filij spūs ē sicut p̄ior:
⁊ mittit ⁊ dat a filio sicut a patre: qd̄
divina docet auctoritas: ⁊ nulla p̄-
cipus sequit̄ falsitas. Cū aut̄ pcessio
spūs sancti a filio negata tantā indu-
cat falsitatē vt illa ex quib⁹ eā psequi
mōstrauim⁹ destruat cōtra fidē chri-
stianā: nec vllam generet veritatē: ⁊
asserat tantā p̄bet veritatē: sic ostē-
dimus: nec vllā vllaten⁹ fecit̄ trahat
falsitatē: cogitat cor rationale qua ra-
tione illā excludat a fide christiana.
Deniq; si error est hanc credere de fi-
lio spūs sancti pcessionē: ipsa divina
auctoritas nos in errore inducit: cū
⁊ illa ex quib⁹ hec sequit̄ pcessio: ⁊
que illā sequit̄ nos docet: nec aliquid
bi: aut illā negat: aut qd̄ illi repugnet
aliquo mō p̄nunciat auctoritas. Si
ergo opponit̄: qz nūq; eā p̄fert divi-
na auctoritas: ideo nō esse dicendā.
Dicat filij: qz nūq; illā negat: nec
aliquid dicit qd̄ repugnet nō esse ne-
gandā. Dicim⁹ etiā: qz satis illā affir-
mat cum illa asserit̄ vnde probat̄: ⁊
nullo modo aliquid significet vnde
neget.

S Atet ḡ sicut supra p̄missi p̄ter
p hoc: qz filius existit nascēdo ⁊
spūs sanct⁹ pcedendo. Hac ḡ
causa: qz scz spūs sanct⁹ ē de filio: eos
de inuicē nō posse dici: ⁊ p̄pter h̄ so-
lū filiū nō posse eē de spūs sancto. Itā
qm̄ vt dictū ē: aut filij ē de spūs sancto
aut spūs sanctus de filio. Si non esset

spūs sanctus de filio: sequeret̄ de spūs
sācto filiū eē. Apparet itaq; p̄ supra
dictas rōnes: qz pat̄ est deus de quo
deus ē: ⁊ nō est deus de deo: ⁊ filij ē
deus de deo: ⁊ de deo: nec ē deus de q̄
spūs sanct⁹ de deo: nec ē deus de q̄
est de⁹. Et quis de p̄te sint duo: id est
filius ⁊ spūs sanct⁹: nō tū duo dii sunt
de patre: sed vn⁹ est deus q̄ est filius
⁊ spūs sanct⁹. Et licz duo sint d̄ quo ē
filius: ⁊ qui est de filio: id est pater et
spūs sanct⁹: non tamē sunt duo dii sed
vnius deus q̄ est pater ⁊ spūs sanctus:
q̄q; spūs sanct⁹ sit de duob⁹: id est de
patre ⁊ filio: non tamē de duobus est
dij sed de vno deo qui est pater ⁊ fi-
lius. Si aut̄ pater ⁊ filius ⁊ spūs san-
ctus bini considerent̄: it̄quet ex his q̄
dicta sunt: qz necesse est alterū ex alte-
ro: aut esse qz illud ex se est: aut non
esse qz ille ē ex se. Nam si conferam⁹
patrē ⁊ filiū: videmus filiū eē de patre:
qz pater nō est de illo: ⁊ patrē nō esse
de filio: qz filius est de patre. Et si
cōsideremus conferēdo patrē ⁊ spūs
sanctū: inuenim⁹ spūs sanctū eē de patre:
qz nō est de illo patre ⁊ patrē non eē
de spūs sancto: qz spūs sanct⁹ de illo ē.
Ita quoq; si filius ⁊ spūs sanct⁹ quō
sunt ad inuicē speculemur: itelligim⁹
spūs sanctū eē de filio: qz filius non ē
de illo: ⁊ filiū nō esse de spūs sancto: qz
spūs sanct⁹ ē de filio. Apparet igit̄ qd̄
supra dixi: quia relatiōes p̄dicte licz
sunt i vno: nō possūt vnitati imittere
pluralitatē suā: nec vnitas relatiōi-
bus singularitatem suā. Porro sex
sunt differētie patris ⁊ filij ⁊ spūs san-
cti ex his nascētes nomib⁹: id est ha-
bere patrē ⁊ non habere patrē: habere
filiū ⁊ nō h̄re filiū: h̄re spūs sanctū
de se pcedentē: ⁊ nō h̄re spūs sanctū de se
pcedentē. Harū differētiarū singulari-
quicq; habet vnā p̄p̄riā qua differt
ab alijs duo b⁹: ⁊ duas ita cōmunes
⁊ proprias vt qua cōmunicat vni ea
differat ab altero. Pater nā qz habet
filiū solus quo differt ab alijs duob⁹:
habet spūs sanctū pcedentē de se qd̄
cōmune est illi cū filio: ⁊ quo differt

Beati Anselmi episcopi Epistola.

a spū sancto. Patrē autem nō habet
sicut nec spū sanctus: et in hoc differt
a filio: Filius solus habet patrē i quo
differt a patrē i spū sancto: Est illi eō
cū patrē sicut dictū est: qz pcedit de
illo spū sancto: vnde ab eodē spū san
cto diuinus est: caret autē filio sic spū
sanctus: vnde discrepat a patrē. Spū
sanctus solus est de quo alius nō pce
dit: Eō est illi eō vtr vt dixi nō ha
bere patrē: quō dīsimilis est filio.
Cū filio quoqz est illi cōmune: vt iā
monstratū est nō habere filiū: vnde
patrē nō cōcordat. Solus itaqz p
est qui est de nullo: et de quo sunt alij
duo. Solus ecōtra spū sanctus est qui
de duobus: et de quo nullus. Solus fi
lius q̄ de vno et de quo vno. Est autē
tribus cōmune ad duos habere rela
tionē: pater em̄ ad filiū et ad spū san
ctū referē sicut ad illos qui de se sūt:
filius ad patrē et ad spū sanctū q̄
est de patrē et spū sancto de illo. Spi
ritus sanctus ad patrē et filiū: quia est
de vtroqz. Possidet ergo vnusqz
suas pprietates: quarum collectio in
alio nō est eadem ad similitudinē di
uersarū hominū psonarū. Per hoc
em̄ hominū psonē diuersē sunt abin
uicem: quia vnus cuiusqz pprietatū
collectio nō est i alio eadē. Inest tñ
aliquid: Nā i psonis hominū si vna
est psona: vnus est homo: et si vnus ē
homo: vna est psona. Item si plures
sunt psonē: plures qz sūt homines: et si
sūt plures sunt: ille et pluralitatē non
effugit. In deo vero quibus tres pso
ne sunt: vnus tamē est deus: et licz sit
vnus deus: nequaquā tamē psonē plu
ralitatē amittit. In hoc itaqz qd re
latiue deus ad deū dicit: sicut plures
homines: psonarū admittit pluralita
tē et diuersitatē. In hoc xō qd p se
id est in deo: inseparabilē ad similitudi
nē vni hominis seruat singularitatē:
pluralitas nāqz humanarū psonarū
nō est nisi in pluribz hominibz: nec vnus
homo pluralitatē accipit psonarum:
Deus xō vnus est tres psonē: et psonē
tres vnus deus: Hoc itaqz nō: nec vni

nec diuersarū integre seruat aliarum
psonarum pprietatem:

Ar autē ita sit: quibus in p̄fata
epistola d̄ in cōmuniōe verbi:
de p̄ aliqua tūlū dixim: bre
uiter tñ hic reperrā. Sepe fit vt plu
ra cōueniant in vni sub eodē nomīe
et eadē quātitate quā habebāt singu
la anteqz vni fierent. Quippe si pū
cto pūctū addim sine ictuallo: aut
equalē lineā inequali lineā: aut sup
ficiem equalē inequali superficie collo
camus: nō fit nisi vnus punctus: vna
linea: vna superficie: In multis si qz
voluerit querere: inueniet simile. Hoc
itaqz nō quibus nō sint plures etā nō
tates: si tñ d̄ eternitas i eternitate:
non est nisi vna eternitas: et lumē in
lumē vni tñ lumē est. Eodē modo
quēcūqz de deo dicunt essentia: si i se
replent: nec quātitate augent: nec
pluralitatē admittunt. Quā autē de
est eternitas: sicut extra eternitatē ni
hil est oīno: ita extra deū penitus nō
est aliquid. Atqz sicut eternitas non
est nisi vna eternitas in eternitate: sic
deus in deo vnus solus est deus. Ma
bemus autem ex vera fide deum esse
de deo nascēdo: et deū de deo pcedē
do. Sed quonā nō est aliquid extra
deum cum nascit deus de deo vel cū
pcedit deus de deo: non erit nascens
vel pcedens extra deū: sed manet in
deo. Quā ergo deus i deo nō est nisi
vnus deus cum nascit deus de deo:
vnus solus est deus gignens et geni
tus: et cum pcedit deus de deo: vnus
sūmodo deus est et pcedens: et de quo
pcedit. Unde inenitabiliter sequit:
quonā deus nullas habet partes: s̄
totus est quēcūqz est: vnum em̄ demqz
et non aliū et aliū deū totū esse patet:
totum esse filiū: totū esse spū sanctū
ctū. Quare p̄ et filius et spū sanctus
p hoc quia cū est deus: in deo nō est ni
si vnus deus: seruant in deitate ad fili
tudinē vnus hominis singularita
tem. Per hoc xō: quia cū deus ē de
deo: aut nascendo aut pcedendo: nō
potest vnus idēqz esse q̄ est de aliquo

Capitulum annotatio dia. de casu diaboli.

et de quo est sim nomia has relationes significatias: tenent sicut in uerse hominum plone pluralitate. Notandum tamen: quod nec deus est sine persona: nec persona sine deo: et quod singulis personis attribuitur aliqui propria singularium: aliqui vni quasi propria: quod commune est alijs. Nam cum dicimus: solus pater est in tribus personis qui a nullo est: solus filius qui est de vno et de quovis: solus spiritus sanctus de quo nullus est: singulas personas nominantes: singulis propria attribuitur. Cuius non legimus: Nemo nouit filium nisi pater: neque patrem quis nouit nisi filius. Et: Que sunt dei: nemo cogit nisi spiritus dei: quis uideat septura quod de vna die persona negare de alijs: commune ratione est omnibus quod singulis quasi propria attribuit. Non enim ignorat pater aut filius seipsum et que dei sunt: neque spiritus sanctus patrem aut filium. Cur autem et quod quod de vno quasi solo dicitur: de alijs intelligat: statim supra dictum est.

P Ec de processione spiritus sancti alijs cogitibus: non de me sed de eodem spiritu sancto considerans per latinis contra grecos scribere: et ea occasione de unitate deitatis: et de trinitate personarum aliquid addere presumpsit: quibus innumerabiles sunt inter illos qui latinis videntur litteris quam bene ego facere possint. Quicquid ergo dixi quod in seipsum sit: non mihi attribuat sed spiritui veritatis: Si autem aliquid protulit quod aliquatenus corrigendum sit: mihi imputet: non sensui latinis.

Beati Anselmi de processione spiritus sancti Epistola explicit.

Capitulorum dialogi de casu diaboli: beati Anselmi annotatio.

C a. 1. De etiam ad angelos dicat: Quid habes quod non accepisti: et a deo non sit nisi bonum et esse: et omne bonum sit essentia: et omnis essentia bonum.

- ij Cur uideat diabolus ideo non accepisse pseuerantiam: quia deus non dedit.
- liij De ideo dedit non dedit: quia ille non accepit.
- liiij Quod ille peccauit: et uoluit si milis esse deo.
- v De boni angeli ante casum maiorum peccare potuerunt.
- vj Quod boni confirmati sunt in suo statu: et mali in casu suo.
- vij Quæstio an uoluntas et eius conuersio ad quod non debet: sit ipsam malum quod malos fecit: et cur non possit rationalis creatura per se de malo conuertere ad bonum: sicut potest de bono ad malum.
- viiij De uoluntas eius et conuersio sit non ipsum malum.
- ix De iusticia sit ipsum malum: et sit nihil.
- x Quomodo malum uideat esse aliquid.
- xj Quod malum et nihil non possint probari per nomen suum aliquid esse: sed quasi aliquid.
- xij De angelus a se non potuit habere uoluntatem primam: et quod multa dicunt posse aliena potestate: et non posse aliena impotentia.
- xiiij De accepta sola uoluntate beatitudinis nec aliud posset uelle: nec illam non uelle: et quicquid uellet non esset iusta uel iniusta uoluntas.
- xliij De similiter sit si sola accepta uoluntas rectitudinis et idcirco utrumque uoluntatem accepit simul: et ut iustus et ut beatus esset.
- xv De iusticia sit aliquid.
- xvj De iniusticia non sit nisi absentia debite iusticie.
- xvii Cur desertor angelus non possit redire ad iusticiam.
- xviii Quod malus angelus se fecit iniustum: et bonus se iustum: et quod malus sic debet deo gratias per

Matth. 11
1. Cor. 2.

Beati Anselmi Dialogus

- bonis q̄ accepit et deseruit:
sic bonū q̄ seruauit accepta.
- xx** Q̄ voluntas inq̄tū sit: bonū est: ⁊ nulla res mala sit.
- xxi** Quid deus faciat malas voluntates ⁊ actiōes: ⁊ quō accipiant ab eo.
- xxii** Q̄ malus angelus nō potuit p̄scire se casurū esse.
- xxiii** Q̄ sciuit se non debere velle hoc qd̄ volēdo peccauit: et debere puniri si peccaret.
- xxiiii** Q̄ non debuit scire: qz si peccaret puniret.
- xxv** Q̄ etiam bonus angelus hoc scire non debuit.
- xxvi** Q̄ ille si etiam hoc solo dicit iam nō posse peccare: quia nūc habet scientiam ex casu diaboli: tū illi sit ad gloriā.
- xxvii** Q̄ horrenū audito noīe mali: ⁊ qd̄ facit opa q̄ dicit iniusticia facere: cū ipsa ⁊ malum nihil sit.
- xxviii** Unde venit malū in angelū qui bonus erat.
- xxviiii** De potestate volendi qd̄ non debuit: bona fuit semper: et ipsū velle bonū q̄tū ad eē.

Beati Anselmi archiepi
Lantuariensis dialogus de
casu diaboli incipit.

Q̄ etia ad angelos dicat:
Quid habes qd̄ nō accepisti:
⁊ a deo nō sit nisi bonū ⁊
esse: ⁊ omne bonū sit essentia:
⁊ omnis essentia bonū:

Capitulum I. Dis.

Quid apo

stoli: Quid habes qd̄
nō accepisti: dicit ho-
minib⁹ tū: an ⁊ ange-
lis? **M** Nulla crea-
tura habet aliqd̄ a se.

Qd̄ est scipm̄ a se nō habet: quō hz
a se aliqd̄? **Respon** si nō est aliqd̄ nisi

vn⁹ q̄ fecit: ⁊ q̄ facta sūt: sūt ab vn⁹:
clarū est: qz nullaten⁹ pōt hri aliqd̄
nisi q̄ fecit aut qd̄ fecit. **D** Vere
clarū. **M** Sed neqz ipse factor:
neqz qd̄ factū est pōt hri nisi ab ipso
factore. **D** Nec hoc min⁹ clarū.
M Ille igit sol⁹ a se hz qd̄ hz: ⁊
oīa alia nō nisi ab illo habēt aliqd̄: ⁊
sic a se nō nisi nihil hnt: ita ab illo nō
nisi aliqd̄ habēt. **D** Nō plane vt
dō qd̄ ais: qz a deo nō habēt alia nisi
aliqd̄. **M** Qs fecit ali⁹ vt multa q̄ vt
dem⁹ trāsire d̄ eē ad nō eē: nō sūt qd̄
erāt: etiā si oīno i nihilū nō trāsēat.
Aut qs facit nō esse qd̄ nō est: nisi
ille q̄ facit esse omne qd̄ ē? **Ite** si nō est
aliqd̄ nisi ideo qz de⁹ facit: necesse est
vt qd̄ nō est: idcirco nō sit: qz ipse nō
facit. Sicut ḡ illa q̄ sūt: ab illo habēt
esse aliqd̄: ita q̄ non sūt vel q̄ de esse
trāsēat ad nō esse: vidēt ab eodem
ipso hē esse nihil. **M** Nō solū ille
dicit facere aliqd̄ eē: aut eē nō aliqd̄
q̄ facit vt sit qd̄ nō ē: aut nō sit qd̄ ē:
sed etiā ille q̄ pōt facere aliqd̄ vt non
sit ⁊ nō facit: dicit facere esse nō esse.
Quippe nō ille tū d̄ facere aliqū
nudū esse aut nō esse indutū q̄ eū de-
spoliat: sed ⁊ q̄ spoliante cū phibere
possit nō phibet: s̄ ille dicit pprie fa-
cere: iste iproprie. **Cū** em̄ iste d̄: qz
fecit eē nudū aut nō esse indutū: non
aliud intelligit nisi qz cū posset non
facit vt nō eēt nud⁹: aut maneret idu-
tus. **Hoc** em̄ de⁹ dicit multa facere
que non facit: vt cum dicit inducere
in temptatiōes qm̄ nō defendit a tē-
ptatiōe cū possit: ⁊ facere nō eē qd̄ nō
est: qm̄ cū possit: nō facit esse. **Et** si cō-
sideres ea q̄ sūt cū trāsēat ad nō esse:
nō ipse facit ea nō esse. **Quā** nāqz nō
solū nō ē aliq̄ alia essentia nisi illo fa-
ciēte: s̄ nec aliq̄ten⁹ manere pōt q̄ fa-
cta ē nisi code ipso faciēte vt maneat:
Cū ipse desinit seruare qd̄ fecit: nō tō-
id qd̄ erat redit in nō esse qz ipse facit
nō esse: s̄ qz cessat facere eē. **Nā** ⁊ cū
q̄s irat⁹ destrūēdo aliqd̄ aufert esse:
nō ē ab illo nō eē: s̄ illo tollēte velut
suū qd̄ p̄stitit qd̄ ab eo factū fuit.

De casu diaboli.

bat vt eēt:redit ī nō eēt: qđ nō ab illo
s a se añq̄ fieret hēbat. Si em̄ ab ali
q̄ tuncam reperas quā p̄stiteras illi
nō ad t̄pus: nō h̄y a te nuditatē: s̄ te
qđ tuū erat tollēte: redit ī id qđ erat
añq̄ indueret a te. Rēpe sic a sūmo
bono non ē nisi bonū: r̄ om̄e bonū ē
a sūmo bono: ita a sūma essentia nō ē
nisi essentia: r̄ oīs essentia est a sūma
essentia: vñ qm̄ sumūū bonū ē sūma
essentia: cōsequēs est vt om̄e bonū sit
essentia: r̄ oīs eēntia bonū. Nihil ḡ
r̄ nō esse sic est essentia: nō est bonū.
Nihil itaq; r̄ nō esse: nō ē ab illo a q̄
nō ē nisi bonū r̄ eēntia. **D** Ap̄te
nūc video: qz sicut bonū r̄ eē non est
nisi a deo: ita non ē a deo nisi bonū r̄
esse. **M** Aidenē vllaten⁹ putes
cū in diuinis libris legim⁹: aut cū fm̄
illos dicim⁹ deū facere malū: aut face
re non esse: q̄ negē pp̄e qđ dicit: aut
rephendā qz ita dī: sed nō tantū de/
bem⁹ inherere ip̄prietati verborū
veritatē tegēt: quātū inhiare pp̄rie/
tati veritatis sub mltimō genere lo/
cutiōis latenti. **D** Ista nō nisi nō
intelligēt aut calūmioso habes opus
dicere. **M** Redi ad id qđ incepisti
r̄ vide si non solū mibi sed r̄ angelo
pōt dici: qz nō habet qđ nō accepit.

**Cur videat diabol⁹ ideo
nō accepisse pseuerantiā: qz
de⁹ nō dedit: Lg. II.**

D Atis pater nō min⁹ angelo ḡ
homī cōuenire. Cōstat ḡ: qz
ille angel⁹ q̄ stetit in veritate
sicut ideo pseuerauit qz pseuerantiā
habuit: ita iō pseuerantiā habuit qz
accepit: r̄ iō accepit: qz de⁹ dedit id.
Cōsequēs ē igit: qz ille q̄ in veritate
nō stetit: quēadmodū ideo nō pseue/
rauit qz pseuerantiā nō habuit: sic iō
nō habuit pseuerantiā: qz nō accepit:
et iō nō accepit: qz de⁹ nō dedit. Si
ḡ potes: volo vt oīdas mibi culpā
ei⁹ cū ideo nō pseuerauit qz ille non
dedit: q̄ nō dare nihil h̄re potuit. Cer/
tus sum em̄ etiā si nō videā: non illū
nisi iuste a sūmo iusto damnatū: nec

sine culpa iuste illū potuisse dānari.
M Unde putas p̄sequi si bon⁹ an/
gelus ideo accepit pseuerantiā: qz de⁹
dedit: malū ideo nō accepisse: qz de⁹
nō dedit? **D** Quia si bono ange/
lo datio est causa acceptiōis: puto nō
dationē esse malo angelo cām nō ac/
ceptiōis: r̄ si ponit nō datio inde ne/
cessariā esse causā vt sequat nō acce/
ptio vt om̄s scim⁹: qz cū nō accipim⁹
qđ volum⁹: nō ideo nō dat qz nō ac/
cepim⁹: s̄ ideo nō accipim⁹: qz nō da/
tur. Deniq; quofcūq; legi aut audiū
facere questionē hāc: hac rōne eā in/
quātū memini cōstituit: qz si bonus
angel⁹ ideo accepit qz de⁹ dedit: ma/
lus angel⁹ ideo nō accepit qz de⁹ nō
dedit: nec memini me adhuc hui⁹ cō/
sequētē solutionē vidisse.

**Quo ideo deus nō dedit: qz
ille nō accepit: Lg. III.**

Alla est ibi p̄sequētia: potest
em̄ nō dare nō esse causa non
accipiēdi: etiam si dare semp̄
esset causa accipiēdi. **D** Ergo si
ponat non dare: nō necesse est sequi
non accipere: Quare potest esse acci/
pere etiā si non sit dare. **M** Non
est ita. **D** Exēplo volo mibi ostē
das quod dicitis. **M** Si ergo por/
rigo tibi aliquid r̄ tu accipis: nō ideo
do qz accipis: sed ideo accipis quia
do: r̄ est datio causa acceptiōis. **D**
Ita est. **M** Quid si ip̄m porri/
go alio: r̄ nō accipit: ille ne iō nō ac/
cipit: quia nō do? **D** Potius vl/
det qz tu ideo nō das: qz ille non ac/
cipit. **M** Hoc igitur nō dare nō
est causa non accipiēdi: r̄ tamē si po/
no nō me dedit: causa est consequē/
di illum non accepisse. Aliud namq;
est rem causas esse alterius rei: aliud
positionem rei esse causam vt sequat
aliquid. Cum enim incendiū non sit
causa ignis: sed ignis incēdij: positio
tamē incendiij semper causa est vt se/
quat esse ignem. Si enim ē incendiū
necesse est ignem esse. **D** Necesse
est me sic esse fateri. **Magister.**

Uides & ut puto sit tu ideo accepisti: quia ego dedi: nō tamē idcirco cōsequi illū qui nō accepit: ideo nō accepisse: qz ego nō dedi: & tamē cōsequi: quia si ego nō dedi: ille non accepit. **D** Uideo: & placet mihi quia video. **M** An ampli⁹ dubitas: qz sicut angelus q̄ stetit ideo accepit p̄seuerantiā qz de⁹ dedit: ita non statim idcirco deus non dedit qz ille nō accepit. **D** Mondū mihi h̄ ostēdisti: s̄ illud tū sufficēter demōstrasti: scz non esse p̄sequēs ex eo: qz bonus angel⁹ ideo accepit qz deus dedit: malū ideo nō accepisse qz deus non dedit. Si enī vis asserere deū illi ideo nō dēdisse: qz non accepit: Quero cur non accepit: Aut qz nō potuit: aut qz nō uoluit. Nā si non habuit potestātē aut uoluntātē accipiēdi: deus nō dedit. Si enī deus dedisset: p̄ certo habuisset. Quare si nō potuit h̄e potestatem aut uoluntātē accipiēdi p̄seuerantiā nisi dante deo: quid peccauit si non accepit quod deus illi nō dedit posse aut uelle accipere? **M** Deus dedit illi potestātē & uoluntātē accipiēdi p̄seuerantiā. **D** Accepit igit̄ qd̄ deus dedit: & habuit qd̄ accepit? **M** Vere habuit & accepit. **D** Accepit & habuit p̄seuerantiā? **M** Nō accepit: & ideo nō habuit. **D** Nōne dixisti deū illi dedisse et illū accepisse potestātē & uoluntātē accipiēdi p̄seuerantiā? **M** Dixi: s̄ non dixi deū illi dedisse accipere p̄seuerantiā: sed tū uelle & posse p̄seuerantiā accipere. **D** Ergo si uoluit & potuit: accepit p̄seuerantiā. **M** Nō est necessariū p̄sequēs. **D** Nō ut ideo cur non: nisi mihi ostēdas. **M** Incepisti unq̄ aliqd̄ cū uoluntate et potestate p̄ficēdi: qd̄ tamē uoluntate ante finem rei mutata non p̄fecisti? **D** Sepe. **M** Uoluit igit̄ et potuisti p̄seuerare in quo non p̄seuerasti? **D** Uolui utiq̄: sed non p̄seueravi in uoluntate: & ideo non p̄seueravi in actōe. **M** Quare nō p̄seuerasti in uoluntate? **D** Quia

non uolui. **M** Nōne q̄d̄ uolui uoluit p̄seuerare in actione: uoluit p̄seuerare i ipsa uoluntate? **D** Nō possum negare. **M** Cur & dicitis: non uoluisse p̄seuerare in illa? **M** Item rīderē: qz p̄seuerare uoluit: ed non p̄seuerauit in hac uoluntate: nisi rē uiderem in infinitū p̄cedere: te semp̄ idipsum interrogante & me eadem respondente. **M** Non ergo debes dicere: ideo non uolui p̄seuerare in uoluntate huius uoluntatis. Sed cū queris: quare non p̄seuerasti i actione in qua uoluiti & potuisti p̄seuerare: Respondere potes uel debes: quia non p̄seuerauit in uoluntate. Quod si queris iterū: quare non p̄seuerasti in uoluntate: Alia causa reddenda est: unde scz contigerit defectus illi⁹ uoluntatis: q̄ quia nō p̄seuerasti uelle uoluntatē. Non enī respōdēdo aliud ostendis q̄ idipsum qd̄ queris: id est non p̄seuerasti in uoluntate p̄seuerandi in actione. **D** Uideo: quia nō uidebā quid dicerē. **M** Dic ergo uno uerbo quid sit p̄seuerare: quātū res erigit in faciēdo aliquid. **D** P̄ficere. Nam p̄seuerare in scribēdo alqd̄ dicimus p̄ scribere inducēdo p̄ducere. **M** Dicamus igit̄ur simulter: etiā si non sit in usu qz p̄seuerare in uoluntate sit p̄seuerare uelle. **D** Ita fiat. **M** Cum ergo nō p̄fecisti qd̄ uoluiti & potuisti: cur non p̄fecisti? **D** Quia non p̄seuerare uolui. **M** Ita ergo dicitur: quia diabolus qui accepit uelle et posse accipere p̄seuerantiā: & uelle et posse p̄seuerare: ideo non accepit nec p̄seuerauit: quia non p̄seuerare uoluit. **D** Item quero: quare nō p̄seuerare uoluit? Cum enī dicitis: quia non p̄seuerare uoluit qd̄ uoluit: tale est ac si dicas: quod uoluit prius: postea nō uoluit. Quoniam ergo nō uoluit quod prius uoluit: quare nō uoluit: nisi quia non habuit uoluntatē. Non dico uoluntatem quā prius habuit cū uoluerit: s̄ quā nō habuit cū non uoluit. Hanc autem uoluntatem

De casu diaboli.

quare non habuit nisi qz nō accepit: Quare autē nō accepit: nisi qz deus nō dedit: sed ideo deus non dedit qz ille non accepit. **M** Iterū dico qz nō ideo nō accepit qz deus nō dedit: sed ideo deus non dedit: qz ille nō accepit. **D** Hoc ostende. **M** Sponte dimisit voluntatē quā habuit: et sicut accepit habuit quicquid habuit: ita potuit accipere et semper tenere quod deseruit: Sed qz deseruit nō accepit. **D** Ergo ideo nō accepit tenere quia deseruit: nō ideo nō accepit: qz deus nō dedit: sed deus nō dedit: qz ille non accepit. Quis nō videat: qz nō ideo nō voluit tenere qz deseruit: sed ideo deseruit quia nō voluit tenere? Semper nāqz tenenti prius est nō velle tenere q̄ velle deserere. **I**do em̄ vult aliquis deserere qd̄ tenere: qz nō vult tenere. **D** Quero igitur quare tenere non voluit qd̄ tenebat: nisi quia deus non dedit velle. **M** Non semper prius est nō velle tenere: q̄ velle deserere. **D** Quando non sit ostende mihi. **M** Quando aliquis rem propter se non vis tenere sed deserere: vt carbonē ignitū ī manu nuda positū: tūc forsitan prius est nō velle tenere q̄ velle deserere: et lo vis deserere qz non vis tenere. Prius em̄ q̄ teneas nō vis tenere: velle autē deserere nō potes nisi cum tenes. Cū autē tenes qd̄ non propter aliqd̄ vis tenere: nec tamē propter aliquid deserere vis: et magis vis aliquid qd̄ nō potes habere nisi deseras qd̄ tenes: tunc velle deserere prius est q̄ non velle tenere. Avarus nāqz cum vult tenere nūmum: et manū panem quē nequit habere nisi nūmū det: prius vult dare: id est deserere nūmum q̄ non vult tenere: non enim illū ideo vult dare qz nō vult tenere: sed qz vt panē habeat: necesse habet dare. **M** Et ante q̄ habeat vult tenere et habere: et cum habet nequa q̄ nō vult tenere q̄ diu nō habet necesse deserere. **D** Verū est. **M** Non q̄ semper est prius nō velle tenere q̄ velle deserere:

sed aliquis prius est velle deserere. **D** Non possum negare. **M** Dic q̄ quia nō ideo non voluit cum debuit et qd̄ debuit qz voluntas deficit deo dare deficiente: sed quia ipse volendo qd̄ nō debuit: bonā voluntatē expulit mala supueniente. Quapropter nō ideo nō habuit bonā voluntatē pseuerantē: aut nō accepit quia deus non dedit: sed ideo deus non dedit: quia ille volēdo qd̄ nō debuit eā deseruit: et eam deserēdo nō tenuit.

Quo ille peccauit et voluit illis esse deo: La. III. **D**

Intelligo qd̄ dixis. **M** Dubitas adhuc diabolum nō ideo voluisse deserere qd̄ habebat qz nō voluit tenere: sed ideo nō voluisse tenere qz voluit deserere. **D** Ita dubito sic esse posse: sed nondū fecisti me certum sic esse. Prius ergo ostende quid voluit habere quod nō habebat vt vellet deserere qd̄ tenebat: si cut in avaro nō strasti. Deinde si nihil contradici poterit ita esse me non dubitare fatebor. **M** Peccasse illum nō dubitas: quoniam a iusto deo non potuit iniuste dānari: Sed quis quomō peccauit. **D** Ita est. **M** Si iusticiā pseueranter seruasset: nō peccasset vnq̄ nec miser esset. **D** Ita credimus. **M** Iusticiā ho nullus seruat nisi volēdo qd̄ debet: neqz deserit nisi volendo qd̄ non debet. **D** Nulli dubium. **M** Volendo aliqd̄ igitur quod velle tūc non debebat: deseruit iusticiam et sic peccauit. **D** Ita sequitur: Sed q̄ ro quid voluit. **M** Verū qd̄ habebat debebat velle. **D** Debebat vere velle quod a deo acceperat: nec hoc volendo peccauit. **M** Voluit igitur aliquid qd̄ non habebat nec tunc velle debebat: sicut eua similis voluit esse diis prius q̄ deus hoc vellet. **D** Nec hoc ita sequi negare queo. **M** Nihil autē velle poterat nisi iusticiā aut comodū: ex quomodis em̄ constat beatitudo quam

Beati Anselmi Dialogus

vult ois ronalis natura. **D** In no bis possum? **R** Cogscere q̄ nihil voluim? nisi qd̄ iustū r̄ cōmodū putam?. **M** Iusticiam vero volendo: peccare non potuit. **D** Verum est. **M** Peccauit ergo volendo aliqd̄ cōmodū quod nec habebat nec tunc velle debuit: quod tñ ad augmētum beatitudinis esse illi poterat. **D** Palā est: quoniā aliter non potuit. **M** Cernis vt puto: qz pl̄ aliquid q̄ accepit inordinate volēdo voluntatem suā extra iusticiam extendit. **D** Aperte nūc video qz peccauit et volendo qd̄ non debuit r̄ nolēdo qd̄ debuit: r̄ palā est qz ideo non voluit plus q̄ debuit qz noluit tenere iusticiā: s̄ ideo iusticiā nō tenuit qz aliquid voluit qd̄ volēdo illā deseruit: sicut in auaro de nūmo r̄ pane monstrasti. **M** At cū s̄ voluit quod deo illū velle nolebat: voluit inordinate similis esse deo. **D** Si deo cogitari nō pōt nisi ita sol̄ vt nihil illi simile cogitari possit: quō potuit diabol̄ velle qd̄ nō potuit cogitare? Non enim ita obtuse mentis erat: vt nihil aliud simile deo cogitari posse nesciret. **M** Etā si voluit oino par eē deo s̄m aliqd̄ min⁹ deo: cōtra volūtātē dei s̄ voluit inordinate similis esse deo: qz ppria voluntate q̄ nulli s̄dita fuit voluit aliqd̄. Solū em̄ dei esse debet sic volūtate ppria velle aliqd̄ vt superiorē nō sequat volūtātē. **D** Ita est. **M** Non solū aut voluit esse eq̄lis deo: qz p̄sūpsit h̄c ppriā voluntatē: s̄ etiā maior voluit esse volendo qd̄ deus illū velle nolebat qm̄ volūtātē suā supra volūtātē dei posuit. **D** Satis liquet. **M** Itā tibi manifestū esse puto ex rōnib⁹ suprapositis diabolū sponte dimisisse velle qd̄ debebat: et iuste amisisse qd̄ habebat: qz sponte r̄ iuste voluit qd̄ nō habebat r̄ velle nō debebat. **D** Nihil puto manifest⁹. **M** Quis igit bon⁹ angel⁹ ideo accepit p̄seueratiā qz deus dedit: nō ideo nō accepit tñ mal⁹ an-

gelus qz de⁹ nō dedit: s̄ de⁹ ideo nō dedit qz ille nō accepit: r̄ ideo nō accepit qz accipe noluit. **D** Mihi quidē satis fecisti ad ea q̄ quero: vt nec in his q̄ pponis: nec in ipsa cōsequētia cōclusionū tuarū nullā videā sensu meo titubare veritatē.

Q boni angeli ante casū maloz peccare potuerunt:

Lapi. V. **A**ba.

Atas ne bonos angelos sibi potuisse peccare anteq̄ mali caderēt? **D** Puto: Sed rōne cōprehēdere vellē. **M** Hoc certū habes: qz si nō potuerūt peccare: nō potestate sed necessitate seruauerūt iusticiā: Quare nō magis meruerūt gratiā a deo: qz steterunt alijs cadētib⁹: qz seruauerūt rōnabilitatē quā pdere nequerūt. Sed nec iustē recte si bene cōsideres dicerent. **D** Sic monstrat ratio.

Quō boni cōfirmati sunt in suo statu: et mali in casu suo: **L**api. VI. **A**ba.

Ali q̄ qui ceciderūt si nō peccassent cū possent: tāto meliores essent q̄ isti: quāto r̄ vere eēt iusti: r̄ gratiā a deo merent. **A**n sequit: qz aut electi homines maiores r̄ meliores erunt angelis bonis: aut reprobi angeli p̄fecte nō restanrābuntur: qm̄ nō tales erūt homines qui p̄ illis sumunt quales illi futuri erant. **D** Hec duo penit⁹ neganda estimo. **M** Porerāt igit boni angeli peccare ante casū maloz: nec aliter q̄ sicut ostēsum ē de illis q̄ peccauerūt? **D** Aliter esse posse nō video. **M** Illi itaqz angeli q̄ magis voluerunt iusticiā quam habebāt q̄ illud plus qd̄ nō habebāt: bonū qd̄ q̄si p̄p̄e iusticiā q̄si ad volūtātē p̄tinuit pdiderūt: iusticiā retribuēte acceperūt: r̄ de illo qd̄ habebāt in vera securitate p̄māserūt. Quapropt̄ a deo sunt p̄fecti vt sunt adepti quicqd̄ potuerūt velle: nec itā videāt qd̄ pl̄ velle pot-

nec magis hec malū q̄ illa bonū est. Ergo si mala voluntas est ip̄m malū quo malus aliquis dicit̄: erit ⁊ bona voluntas ip̄sum bonū quo fit aliquis bonus: sed mala voluntas erit nihil si est ip̄sum malū quod credimus esse nihil. Bona igit̄ voluntas nihil erit: quoniam ipsa nō magis est aliquid q̄ mala voluntas: Quare ip̄sum bonū qd̄ bonos facit nō poterimus negare nihil esse: quoniam ip̄m est bona voluntas que nihil erit. Sed falsū esse nullus ambigit bonā voluntē siue bonū ip̄sum esse nihil. Itaq; mala voluntas non est ip̄sum malū qd̄ malos facit: sicut nec bona voluntas ē ip̄m bonū qd̄ bonos facit. Hoc ipsū qd̄ dicit̄ de voluntate: pot̄ considerari in cōuersione voluntatis. Non enī magis est aliquid cōuersio illa que cōuertit voluntatē de rapina ad tribuendū: q̄ illa q̄ cōuertit eandē voluntatē de largitate ad auariciā: ⁊ cetera q̄ de voluntate paulo ante dicit̄. **D** Mihi q̄z t̄d̄ip̄m vides vt asseris. **M** Neq; q̄ voluntas mala neq; praua voluntatē cōuersio: est ip̄sum malū q̄ angel⁹ vel homo fit malus: qd̄ nihil esse dicim⁹: nec bona voluntas: nec bona voluntatē cōuersio est bonū quo boni sūt.

Q in iusticia sit ip̄sum malū: ⁊ sit nihil. **Ca. IX.** **D**

seruandi habitam. **Q** Quapropter restat libertatem arbitrij datam esse rationali creature vel nature ad seruandas acceptam rectitudinem voluntatis. **M** Bene ad interrogata respondisti. **Q** Sed adhuc opus est ut consideremus propter quod illam rectitudinem seruare debeat rationalis creatura: an propter rectitudinem: aut propter aliud? **Q** Si non illa libertas data esset illi nature ut voluntatis rectitudinem propter ipsam seruaret rectitudinem: non valeret ad iusticiam: quoniam constat iusticiam esse rectitudinem voluntatis propter se seruata: sed ad iusticiam potestesse arbitrij libertatem credimus: **Q** Quare indubitanter asserendum est rationale naturam non eam accepisse nisi ad seruandam rectitudinem voluntatis propter ipsam rectitudinem. **M** Quoniam omnis libertas est potestas: illa libertas arbitrij est potestas seruandi rectitudinem voluntatis propter ipsam rectitudinem. **Q** Non potest aliud esse. **M** Jam itaque clarum est libere arbitrij non esse aliud. **Q** Arbitrium potens seruare rectitudinem voluntatis propter ipsam rectitudinem. **Q** Clarum itaque est. **S**ed quod diu ipsam rectitudinem habuit: seruare potuit quod debuit. **Q** Postquam autem illam deseruit: quomodo potest seruare quod non habet? **A**bsente ergo rectitudine quam seruare possit: non est liberum arbitrij quod eam seruare valeat. **R**on enim seruare valet quod non habet. **M** Etiam si absit rectitudo voluntatis: non tamen rationalis natura minus habet quod suum est. **N**ulla namque potestatem habemus: ut puto que sola sufficit sibi ad actum: et tamen cuius ea desunt sine quibus ad actum minime perducunt nostre potestates: non minus eas quam in nobis habere dicimur. **S**ic nullum instrumentum solum sibi sufficit ad operandum: et tamen cum desunt illa sine quibus instrumentum ut nequitimus: instrumentum nos cultus habet operis habere sine falitate fatemur. **Q** Ad ut in multis aduertas: in vno tibi monstrabo. **N**ullus vultus ha-

De libero arbitrio.

bens dicitur nullatenus videre posse montem. **Q**ui montē videre non pōt: pfecto nullū habet visum.

M habet ergo potestātē et instrumētū vidēdi montē qui visum habet: et tamē si mons abest et vlcis est: vide montem respondet tibi: Non possum qz abest: si adesset possey videre. Item si mōs adesset et lux abesset: responderet se mōtem non posse videre: quia nō posset absente luce: sed si lux adesset tunc posset. Rursū si visum habenti lux et mōs presens esset: et aliquid visui obstarct: velut si aliquis illi oculos clauderet: diceret se nō posse videre montē: sed si nihil visui eius obssisteret: tunc sine dubio mōtem vidēdi potestātē haberet.

Hoc totū omnibus notuz est. **A**ides ergo qz potestas vidēdi aliqō corpus: alia est in vidēte: alia est in re vidēda: alia in medio: id ē neqz in vidente neqz in re vidēda: et ea que est in medio: alia est in adiuvante: alia in nō impediēte: id est cum nihil quod impedire possit: impedit. **V**ideo plane. **Q**uattuor igit istę potestates sunt quarū si quelibet vna desit: alie tres sunt: nec singule nec omnes simul aliqd possunt efficere: nec tamē absentibus alijs negamus: aut qui visum habet habere visum aut instrumētū sine potestatem vidēdi: aut rem visibilem posse videri: aut lucem posse visum iunare.

Quō potestatem habeant seruādi rectitudinē quā nō habent: **Capitulum III.**

Sarta aut potestas iproprie dicit: quod enī solet impedire visum: nō ob aliud dicitur dare potestātē vidēdi cū nō impedit: nisi qz nō aufert. Potestas aut vidēdi lucem nō nisi in tribus rebz est: quia tūc est idem et quod videt et quod adiuvat. Nam hoc est omibus notū. **N**ullū itaqz est ig-

notum. **S**i ergo absente re que videri possit: in tenebris positū et clausos sine ligatos oculos habētēs quantū ad nos p̄inet vidēdi quālibet visibiles rem potestātē habemz: quid phibet nos habere potestatem seruādi rectitudinē voluntatis ppter ipsam rectitudinē: etiaz absente ipsa rectitudie q̄dū ratio in nobis est: qua eam valemz cognoscere et volūtas qua illam tenere possumus: **E**x his enī cōstat p̄fata libertas arbitrij. **S**atisfecisti intellectui meo potestatem seruādi rectitudinē voluntatis rationali nature semp̄ inesse: at qz hāc p̄tātē in p̄mi hoīs et angeloz arbitrio liberā fuisse: quibz iūctis rectitudo voluntatē nō poterat auferri.

Nulla temptatio cogat inuitum peccare: **Ca. V.**

Ed nunc quomō est humane voluntatis arbitriū hac p̄tate liberū: cū sepe rectā habens homo voluntatē: ipsam rectitudinē inuitus cogente tēptatione deserat. **N**emo illā deserit nisi volēdo. Si ergo inuitus dicit volens: nemo deserit illam inuitus: ligari enim homo pōt: et inuitz qz nolēs potest torqueri inuitus: quia nolens pōt occidi: velle aut nō pōt inuitus: qz nō potest velle nolens velle: nam omnis volens ipsum suū velle vult. **Q**uō dicit inuitus mētiri qui mentitur ne occidat: cum hoc nō nisi volens facit: Nam sicut inuitus mētiri: sic inuitus vult mētiri: et qui inuitus mentiri vult: nolēs vult mētiri. **I**deo forsitan inuitus mētiri dicit: quia cū sic vult veritatē vt nō mentiatur nisi ppter vitam: et vult mendacium quia propter vitā: et nō vult mendacium propter mendacium ipsum quoniam vult veritatē: et ideo volēs et nolēs mētiri. **A**lia namqz voluntas est qua volumus aliqd propter se: vt cū volumus salutem ppter se: et alia cū aliqd volumus ppter aliud:

Beati Anselmi dialogus

vt cū volumus absinthii bibere p/pter salutem. Unde potest forsità dici fm̄ has diuersas volūtates: qz inuitus ⁊ non inuitus mentitur. Qua propter cum dicis inuitus mētrī: qā id nō vult in p̄tuz vult veritatē: nō repugnat illi sententia qua dico: ne minem inuitum deserere rectitudinē volūtatis: quia mētrīdo vult eam deserere propter vitā: fm̄ quā volūtatem non inuitus eā deserit: sed volens: de qua volūtate nunc loquimur: de illa nanqz loqimur qua vult mentiri ppter vitam: non de illa qua nō vult mendaciū ppter se. Aut idcirco certe mentis inuitus: quia inuitus aut occidit aut mentis: id est inuitus est in hac angustia: vt ex necessitate hominum vnū quodlibet fiat: q̄nis enim necesse sit illū aut occidit aut mentiri: non tamē necesse ē illū occidit: quia potest nō occidit si mentis: nec necesse est illū mentiri quia pōt non mentiri si occidit. Neutrū enim est determinate in necessitate: quia vtrūlibet est in volūtate vel potestate. Ita quoqz licet inuitus aut occidatur aut mētrī: nō tamen ideo sequitur vt inuitus mētrī: aut vt inuitus occidatur. Est ⁊ alia ratio quā frequens habet vsus: cur inuitus ⁊ volens ⁊ ex necessitate dicis aliquis facere quod tamen volens facit. Itā qd̄ nō nisi difficile facere valemus ⁊ ideo non facimus: dicimus hoc nos facere nō posse: ⁊ ex necessitate nos si ne inuitus deserere: ⁊ qd̄ sine difficultate dimittere nequimus: ⁊ iccirco eū facimus: s: nos inuitos ⁊ nolētes ⁊ ex necessitate facere asserim⁹. Hoc igitur modo qui mentis ne moriatur mentiri inuitus ⁊ nolēs dicitur ex necessitate: quia mendaciū vitare non valet sine mortis difficultate. Sicut igitur qui mentis ppter vitā: improbie dicitur inuitus mentiri: quoniam mentitur volens: ita non proprie dicitur inuitus velle mentiri: quoniam hoc nō nisi volens vult. Nam sicut

cum mentitur: vult ipsum mētrī: sic cum vult mentiri: vult ipsum velle. **D** Non possis negare quod dices. **M** Quomodo itaqz non est libera voluntas quā aliena potestas sine suo assensu subijcere non potest? **D** Nonne simili ratione possum⁹ dicere voluntatem equi esse liberam quia appetitū carnis non seruit nisi volens? **M** Non est hoc simile: In equo nanqz non ipsa volūtās se subijcit: sed naturaliter subiecta semper necessitate appetitū carnis seruit: In homine vero q̄diu ipsa voluntas recta est: nec seruit: nec subiecta est cui non debet: nec ab ipsa rectitudine vlla vi aliena auertit nisi ipsa cui nō debet volens assentiat: quē consensum nō naturaliter: nec ex necessitate sicut equus: sed ex se aperte videtur habere. **D** Satis fecisti huic obiectioni mee de volūtate eq̄: Redi vbi eramus. **M** An negauimus omnem rem liberā esse ab ea re a qua cogi non volens vel prohiberi non potest? **D** Non video quo modo negem. **M** Dic etiā quō superat recta voluntas: ⁊ quō superat? **D** Velle ipsam rectitudinē p̄seuerāter est illi vincere: velle aut quod nō debet est illi vinci. **M** Puto qua temptatio rectam voluntatem nō nisi volentē aut ipsa rectitudine phibere: aut ad id qd̄ non debet cogere pōt: vt illam velit ⁊ istud nolit. **D** Nec hoc vlla ratione falsum esse video. **M** Quis ergo potest voluntatē dicere nō esse liberam ad seruandā rectitudinem: ⁊ liberā a temptatōe et peccato: si nulla temptatio potest illam nisi volentem auertere a rectitudine ad peccatū: id est ad volendum qd̄ nō debet? Cum ergo vincitur: non aliena vincit potestate: sed sua. **D** Hoc monstrant ea q̄ dicta sunt. **M** Nonne vides ex his consequi quia nulla potestas potest vincere rectā voluntatē? Nam si pōt: habet potez

De libero arbitrio.

statem vincēdi ⁊ sua potestate vincit: sed hoc esse non potest: quoniam voluntas nō nisi sua vincit potestate. Quare nullatenus potest tēptatio vincere rectam voluntatē: et cui dicitur: improple dicit. Non em̄ aliud intelligit q̄ quia voluntas potest se subijcere temptationi: sicut econtra: cum imbecillis dicit posse vinci a forti: non sua potestate dicit sed aliena: quoniam nō significat aliud nisi quia fortis habet potestatem vincēdi imbecillem.


Quomodo sit nostra voluntas potens contra temptationes: licet videatur impotens: Caplm VI. D

Quamuis sic oīa impugnātia voluntati nostre subijcias: atq; nullam temptationem illi dominari pmitas: vt in nullo possim obuiare assertionibus tuis: non tñ possum dissimulare quandā impotentia esse in eadē voluntate: quā fere oīes exprimitis: cum violentia temptationis superamur. Quapropter nisi illam potentia quā probas ⁊ illam impotentiam quā sentimus facias cōuenire: non potest animus meus in quietem huius questiois puenire. **M** Itam impotentiam quā dicit voluntatis: in q̄ putas esse? **D** In eo qz non potest perseveranter rectitudini adherere. **M** Si per impotentiam non adheret: aliena vi aueritur a rectitudine. **D** Credo. **M** Que est hec vis? **D** Vis temptationis. **M** Hec vis non auerit a rectitudine: si ipsa non vult qd suggerit temptatio. **D** Ita est. Sed ipsa temptatio: ipsa sua vi cogit eā velle qd suggerit. **M** Quō cogit eā velle? **A** Ita vt possit eam quidem nolle: sed nō sine graui molestia: an ita vt nullatenus possit nolle? **D** Quamuis fateri me oporteat nos aliqui sic premi temptationibus: vt sine difficultate nō va-

leamus nolle qd suggerunt: non tñ possum dicere qz sic nos vnq; opprimat: vt qd mouet nullatenus nolle possimus. **M** Hecio quō possit dici. Si em̄ vult homo mentiri: vt non sustineat mortē: vt seruet vitam ad tempus: qz dicit impossibile velle eum nō mentiri: vt vitet eternam mortē: ⁊ sine fine viuat: Quapropter iam dubitare hanc impotentiam seruandi rectitudinē non debes: quam dicit in nostra voluntate esse: cū tēptationibus sentim⁹ nō esse ex impossibilitate. s; ex difficultate. Frequenti nāq; vsu dicim⁹ nos nō posse aliqd: nō qz nobis est impossibile: s; qz sine difficultate non possumus. Hec autē difficultas nō pmitit libertatem voluntatis vici. Impugnare nāq; potest ultā voluntatē: expugnare nequit inuitā. Hoc itaq; modo puto te posse videre: quō cōueniat potentia voluntatis quam ratio veritatis asserit: ⁊ impotentia quā humanitas nostra sentit. Sicut em̄ difficultas nequaquā voluntatis interimat libertatem: ita illa impotentia quā non ob aliud in voluntate dicimus esse: nisi quia non potest tenere suam rectitudinē sine difficultate: non auferit eidem voluntati perseuerandi in rectitudine potestatem. **Quomodo voluntas fortior sit q̄ temptatio: etiam cum ab illa vincitur.**

Capitulum VII. D

Sicut nequaquā valeo qd probas negare: ita nullatenus quō voluntatē fortiorē esse temptationi cū ab ea superat: affirmare. Nam si voluntas seruadi rectitudinē fortior esset q̄ tēptatiois impetus: fortius illa volēdo q̄ tenet resisteret: q̄ illa insisteret. Ad em̄ aliud de scio me magis vel minus fortiorē hęc voluntatē: nisi qz magis vel minus fortit volo. Quapropter cū minus fortit volo qd debeo: q̄ tēptatio mihi suggerit qd nō debeo: quor



Beati Anselmi dialogus

modo temptatio fortior non sit voluntate mea nō video. **M** At vis deo: equiuocatio volūtatis te fallit. **D** Ipsam vellem equiuocationez cognoscere. **M** Sicut visus equivoce dicitur: ita et voluntas: Vocamur enim visum instrumentū videndi: id est radium procedentem per oculos quo sentimus lucez et ea que sunt in luce: et dicimus visum instrumentū ipsius opus quādo illo vtimur: id est visio nem. Eodem modo dicitur voluntas ipsū instrumentum volendi quōd est in anima: et quōd cōuertimus ad volēdum hoc vel illud: sicut visū ad videndum diuersa conuertimus: et dicitur volūtas visus eius voluntatis que est instrumentū volēdi: sicut dicitur visus visus eius visus qui est instrumentū videndi. Sicut igitur visum qui est instrumentū videndi habemus etiam cū non videmus: visus autē quod est opus eius nō est nisi cū videmus: ita voluntas instrumentū sepe volēdi semp est in anima: etiam cum nō vult aliqd: velut cū dormit: voluntatem vero quā dico visum siue opus eiusdē instrumenti nō habemus: nisi quādo volumus aliquid. Illa itaque volūtas quā voco instrumentum volendi: vna et eadez semp est quicquid velimus. Illa vero que opus est: tam multiplex est quā multa et quā sepe volumus: quēadmodū visus quē etiam in tenebris vel clausis oculis habemus: semper idem est quicquid videamur. Visus autē: id est opus eius qui et visio nominatur: tam numerosus est quā numerosa et quā numerose videmus. **D** Plane video et amo hanc voluntatis distinctionē: et iam mihi videoz videre quā ex eius ignorantia patiebar deceptionem: Sed tamen tu psequere quod incepisti. **M** Cum ergo videas duas volūtates esse instrumentum volendi: et opus eius: in qua harum duarum intelligis fortitudinē consistere volendi? **D** In illa que est instrumentū vo-

lendi. **M** Si ergo scias virtum ita fortem vt eo tenente tauruz indomitū: taurus non possit se mouere: et videas eundem virtum ita tenentem arietem vt ipse aries sese de manibus eius excutiat: putabis ne illuz minus fortem in tenēdo arietem quā in tenēdo taurum? **D** Illum quēdem nō dissimiliter fortem in vtroque opere iudicabo: sed eum sua fortitudine nō equaliter vti fatebor: fortius enim operatur in tauro quā in ariete. Sed ille fortis est qui fortitudinem habet: actio vero eius fortis dicitur: quia fortiter fit. **M** Sic intellige voluntatem quā voco instrumentum volendi: inseparabilē fortitudinem habere: qua aliquando magis: aliquando minus vti fit in volendo. Unde quōd fortius vult nullatenus deserit: ablato eo quōd minus fortiter vult: et cū offert fortius quod vult: statim dimittit quōd non pariter vult: et tunc voluntas quam dicere possumus actionem instrumenti huius agit opus suum cum aliquid vult. Tunc in quibus volūtas actio magis vel minus fortis dicitur: quoniam magis vel minus fortiter fit. **D** Aperta iam mihi esse que explicas: necesse est vt fatear. **M** Aides igitur quia cum homo habitam rectitudinem voluntatis aliqua ingruente deserit temptatione: nulla vi aliena abstrahitur: sed ipse cōuertit se ad id quōd fortius vult. **D** nec deo potest auferre voluntatis rectitudinem:

Capitulum VIII. D.

An quid vel deus potest illi auctori ferre rectitudinem? **M** At de quōd non possit. Totaz quēdem substantiam quam de nihilo fecit: potest redigere in nihilū. **D** voluntate vero habentem rectitudinem non valet illā separare. **D** Huius tus tue mihi inaudite assertiois multum a te rationem expecto. **M** Hos loquimur de illa volūtatis re-

De libero arbitrio.

ctitudinē: qua iusta dicitur voluntas: id est que propter se seruat. Nulla autem est iusta voluntas: nisi que vult quod deus vult eā velle. **D** Sic oportet fateri: que hoc non vult: plane iniusta est. **M** Seruare itaque rectitudinē voluntatis propter ipsam rectitudinē: est vnicuique seruanti eam velle quod deus vult illum velle. Si itaque deus separat hanc rectitudinē ab alicuius voluntate: aut volens facit hoc aut nolens? **D** Nolens non potest. **M** Si itaque auferat alicuius voluntati prefatam rectitudinē: vult quod facit? **D** Absque dubio vult. **M** Utique si ab alicuius voluntate vult separare eandem rectitudinē: non vult eū rectitudinē suare voluntati propter ipsam rectitudinē. **D** Sic sequitur. **M** Sed iam positum est: seruare hoc modo rectitudinē voluntatis: esse omnino seruanti velle quod deus vult illum velle. **D** Si positum non esset: ita tamen esset. **M** Ergo si deus hanc rectitudinē tollit ab aliquo: non vult eum velle quod vult cum velle. **D** Nihil consequentius et nihil impossibile. **M** Igitur nihil magis impossibile: quam deū rectitudinē voluntatis auferre: **D** Sed tamen facere dicitur: quando non facit ut eadem rectitudo non deseratur. Porro diabolus vel temptatio ideo dicitur hoc facere sine voluntate ipsam vincere et a rectitudine quam tenet abstrahere: quoniam non permittit ei aliquid aut minare auferre: quod magis quam ipsam rectitudinē vult: nullatenus ipsa se ab illa quam altiquatenus vult posse auertere. **D** Sic planum videtur mihi quod dicitur ut nihil traditi posse existimē. **Quod nihil liberi sit recta voluntate: Capitulū IX. AD**

Erit itaque nihil liberius recta voluntate: cui nulla vis aliena potest suam auferre recti-

tudinem. Nam si dicitur: quod cum vult metiri ne perdat vitam aut salutem: cogit deserere timore mortis aut tormenti veritatem: non est verum. Non enim cogitur magis velle vitam quam veritatem: sed quoniam vis aliena prohibetur vtrumque seruare simul: ipsa eligit quod mauult: sponte utique et non inuita. Quis in necessitate vtramlibet deserendi posita sit non sponte sed inuita. Non enim minus fortis est ad volendum veritatem: quam ad volendum salutem: sed fortius vult salutem. Nam si presentem videret gloriam eternam quam statim post seruata veritatem assequeretur: et inferni tormenta quibus post medietatem sine mora deputaretur: procul dubio mori virtutem sufficientiam ad seruandam veritatem habere cerneretur. **D** Aperte hoc videtur eum maiores vires exhibere ad volendum salutem eternam propter se: et veritatem propter presentem: quam ad salutem temporalem seruandam.

Quomodo peccans sit seruus peccati: et quomodo maius miraculum sit cum deus reddat rectitudinē illam deserenti: quam cum mortuo reddat vitam: Capitulū X. AD

Empir itaque habet rationalis homo liberum arbitrium: quia semper habet potestatem seruandam rectitudinē voluntatis propter ipsam rectitudinē: quoniam aliquando cum difficultate. Sed cum libera voluntas deserit rectitudinē per difficultatem seruandam: utique post seruatum peccatum per impossibilitatem per seruandum. Sic ergo fit spiritus vadens et non rediens: quoniam qui facit peccatum: seruus est peccati. Quippe si cut nulla voluntas antequam haberet rectitudinē potuit eam deo non dante capere: ita deum deserit acceptam non potest eam nisi deo reddente recipere. Et

Job. 77.
Job. 8.

Beati Anselmi dialogus

maius miraculū existino cum deus voluntati desertā reddat rectitudinē: Quā cum mortuo reddat vitā amissā. Corpus est necessitate moriēdo non peccat ut vitā nunquā recipiat: voluntas vero per se rectitudinē deserendo meret ut illa se indigeat. Et si quis spē sibi mortē infert: nō aufert sibi aliqd quō nunquā erat amissur⁹: Qui vero voluntatis rectitudinē deserit: hoc abijcit quō ex debito erat seruaturus. **Q**ualde verū est quō dicit de seruitute: Quia seru⁹ fit peccati quō facit peccatū: et de impossibilitate recuperandi desertam rectitudinē nisi ab eo a quo prius data erat reddat: et ut illam semp teneat indefinenter cōsiderandū est omnibus quibus dat.

Job. 8.

Ista seruitus nō auferat libertatem arbitrii:

Capitulum XI.

Ed hac sententia multū repositi exultationē meā quā iam putabam esse securū hominē semper habentē libertatem arbitrii. Quare ipsam seruitutē exponi mihi postulo: ne forte libertati prefate repugnare videat. **U**traque enim scilicet hec libertas et seruitus est in voluntate: **Q**uālibet autem liber aut seru⁹ est homo. **S**i ergo seru⁹ quō liber est? Aut si liber quomō seruus? **M** Si bene discernas: quando non habet prefatam rectitudinē sine repugnantia et seruus est et liber. **N**unquā enim est eius potestatis rectitudinē capere cum non habet: sed semp est eius potestatis seruare cum habet. **P**er hoc quia redire nō pōt a peccato: seruus est: per hoc quia abstrahi non potest a rectitudine: liber est. **S**ed a peccato et eius seruitute non nisi per alium pōt reuerti: **A** rectitudine vero nō nisi per se potest auertere: et a libertate sua nec per se nec per alium pōt priuari. **S**emper enim naturaliter liber est ad seruandam rectitudinē si eam habet: etiā quando quam seruet non habet. **Q**

Sufficit mihi hoc huius libertatis et seruitutis ut in eodem homine possint esse simul facta concordia.

Cur cum homo non habet rectitudinē magis dicitur liber quia non potest ei auferri cum habet: quā cū non habet: per se nō potest recuperare eam:

Capitulum XII.

Ed multū nosce desidero cur quando non habet rectitudinē magis dicitur liber quā nō potest ei ab alio auferri cum habet: quā cum rectitudinē habet seruus quā eā non pōt recuperare per se cum nō habet. **P**er hoc enim quia redire non potest a peccato: seruus est: per hoc quod abstrahi non potest a rectitudine: liber est. **E**t sicut nunquā abstrahi potest si habet: ita nunquā potest redire si non habet. **Q**uapropter sicut semper habet illam libertatē: ita semper habere videt illam seruitutem. **I**sta seruitus non est nisi impotentia. **S**ive enim dicam⁹ eam impotentiam esse redeundi ad rectitudinē sine imbibendi rectitudinē: nō ob aliud est hō seru⁹ peccati: nisi quia nō potest redire ad rectitudinē aut recipere aut hāc illam qua potest homo non peccare. **C**um autem habet eādē rectitudinē nō habet impotentiam nō peccandi: **Q**uare quando habet rectitudinē illam nō est seruus peccati. **P**otestatem autem seruandi rectitudinē semp habet: et cum rectitudinē habet et cum nō habet: et ideo semp est liber. **Q**uod autem queris cur quādo non habet rectitudinē magis dicitur liber: scireo quā ab alio non ei potest auferri quando habet: quā seruus tunc cum habet rectitudinē ideo quia nō potest eam recuperare per se quando nō habet: ita est ac si queras cur homo cum sol

De libero arbitrio:

abest magis dicitur habere potestatem videndi solem: propter hoc quia intrinsece illum potest cum adest: quoniam dicitur cum sol abest habere impotentiam videndi solem: quoniam quando abest non potest eum facere sibi presentem. Sicut enim et quando sol abest habemus in nobis visum quo illum videmus cum adest: sic etiam quando voluntatis rectitudo nobis deest: habemus tantum in nobis aptitudinem intelligendi et volendi qua eam possumus seruare propter se cum eam habemus. Et sicut quando nobis nihil deest ad videndum solem nisi presentia eius: tunc solummodo non habemus illam potestatem quam nobis facit eius presentia: sic tantummodo quando nobis illa rectitudo deest: tunc habemus illam impotentiam quam facit nobis eius absentia. Semp̄ igitur homo habet arbitrii libertatem: sed non semper seruus est peccati: sed quando non habet rectam voluntatem. **¶** Si intente cogitasses que supra dicta sunt quando videndi potestatem in quatuor partibus distribuisti: non habes dubitasses: quare fateor culpam huius dubitationis mee. **¶** Parcam tibi tamen nunc: si deinceps ea que dicuntur sic sint presentia cum opereris huiusmodi ut ea nobis necesse non sit repetere. **¶** Gratiam habeo tuam indulgentiam. Sed ne mireris si ea que non conueniunt non sunt mihi propter unam auditionem semper omnia ad intuendum in corde presentia.

¶ potestas seruandi rectitudinem voluntatis propter ipsam rectitudinem: sit perfecta diffinitio liberi arbitrii:

Capitulum XIII. ad

Ita adhuc si quid in diffinitione libertatis arbitrii qua fecimus dubitas: **¶** An est quod adhuc me aliquotulum in ea sollicitat. Nam sepe habemus potestates seruandi aliquid que tamē libera non

est ut aliena ut impediri non possit: **¶** Probem cum dicis quia libertas arbitrii est potestas seruandi rectitudinem voluntatis propter ipsam rectitudinem: vide ne forte addendum sit quod illam potestatem tam liberam designet esse ut nulla vi superari possit. **¶** Si potestas seruandi rectitudinem voluntatis propter ipsam rectitudinem aliquando inueniri posset absque illa qua perspicitur libertate: expediret ut quod dicis adderet. Sed cum dicta diffinitio sic perfecta sit ex genere et differentijs: ut nec minus aliquid claudat: nec plus quam illa qua querimus libertas: nihil illi addendum aut demendum intelligi potest. Est enim potestas libertatis genus. Quod autem additum est seruandi: separat eam ab omni potestate que non est seruandi: si cut est potestas videndi: aut ambulandi. Addendo vero rectitudinem: discernimus eam a potestate seruandi aurum: et quicquid non est rectitudo. **¶** Per additamentum voluntatis: segregatur a potestate seruandi rectitudinem aliarum rerum: ut virge aut optionis. **¶** Per hoc autem quod dictum est: propter rectitudinem ipsam: diuidit a potestate seruandi rectitudinem voluntatis propter aliud: ut cum seruatur propter pecuniam aut naturaliter. **¶** Seruat enim naturaliter canis rectitudinem voluntatis: cum amat canulos suos aut dominum suum sibi bene facientem. Quoniam igitur nihil est in hac diffinitione quod non sit necessarium ad concludendam libertatem arbitrii rationalis voluntatis: et ad alia excludenda: et sufficienter illa includit: et alia excludit: nec abundans vitiosus nec indigens est hec nostra diffinitio. Ita ne tibi videatur? **¶** Mihi vitiosus perfecta videtur. **¶** Sic quoque si quid vis amplius de libertate hac propter quam imputat illam habenti siue faciat bonum siue malum. De hac enim sola nunc noster est sermo.

¶ Diuisio eius de libertatis:

Beati Anselmi dialogus

Capitulum XIII. D.

Estat nunc vt diuidas ean/
r de libertate: Quis em̄ scdm
hanc diffinitionē cōmunis sit
omni rationali creature vel nature:
multum tñ differt illa que dei est: ab
illis que rationalis nature sunt: et il/
le ab inuicē. **M** Libertas arbi/
trij alia est a se que nec facta est nec
ab alio accepta que est solius dei:
alia a deo facta et accepta que est an/
gelozum. Facta autē siue accepta: alia
est habens rectitudinē quam seruet:
alia carēs. Habēs: alia tenet sepabi/
liter: alia inseparabiliter. Illa qui/
dem que separabiliter tenet: fuit an/
gelozum omnium anteq̄ boni confir/
marent et mali caderent: et omni/
um hominum ante mortē qui habent
rectitudinem eandē. Que vero te/
net inseparabiliter: est electozum ange/
lozorum et hominum. Sed angelozum ele/
ctozum post reprobzorum ruinam: et
hominum post mortem suam. Illa autē
que caret rectitudine: alia caret recu/
perabiliter: alia irrecuperabiliter. Que
recuperabiliter caret: est tantum in hac
vita omnium hominum illa carentium:
quos illam multi non recuperent.
Que autē irrecuperabiliter caret: est
reprobzorum hominum et angelozum:
scilicet angelozum post ruinam: et homi/
num post hanc vitam. **D** De dif/
finitione et diuisione libertatis huius
deo annuente mihi satisfecisti: vt ni/
hil queam inuenire quod necesse ha/
beam de illis interrogare.

Beati Anselmi dialogus de li/
bero arbitrio explicat.

Eiusdem beati Anselmi ar/
chiepi Lantuarieñ. in dia/
logū de veritate: prologus.

Res tra

ctatus pertinentes
ad studium sacre scri/
pture quondam se/
ci diuersis tempori

bus cōsimiles: in hoc quia facti sunt
per interrogationē et responsonem:
et persona interrogantis nomine no/
catur discipuli: respondētis vero no/
mine magistri. Quartum em̄ quem
simili modo edidi: non inutilem vt
puto introducendis ad dialecticam:
cuius initium est de grāmatico: quo/
niam ad diuersum ab his tribus stu/
dium pertinet: istis volo cōnumerare.
Unus horum trium est de veritate:
quid scilicet sit veritas: et in quibus reb⁹
soleat dici: et quid sit iusticia. Alius
vero de libertate arbitrij quid sit: et
vtrum eam semper habeat homo: et
quot sint eius diuersitates in haben/
do vel non habendo rectitudinē vo/
luntatis: ad quam seruandam est va/
ta creature rationali: in quo natura/
lem tantum fortitudinem voluntatis
ad cōseruandam acceptam rectitudinē
non quomodo necessarium ad hoc
ipsum illi sit: sed ad h̄ vt grā subsequatur
ostendi. Tertius autem est de que/
stione qua querit: quid peccauit dia/
bolus: quia non stetit in veritate: cum
deus non dederit ei perseuerantiam
quam nisi eo dante habere non po/
tuit: quonia si deus dedisset: ille ha/
buisset sicut boni angeli habuerunt
illam quia illis dedit deus. Quem
tractatum quous ibi de confirmatiōe
bonozum angelozum dixerim: de ca/
su diaboli intulauit: quoniam illud
contingēs fuit quod dixi de bonis an/
gelis. Quod autē scripsi de malis: ex/
pposito fuit questionis. Qui videli/
cet tractatus: quous nulla continua/
tione dictaminis cohereat: materia
tamen eozum et similitudo disputati/
onis erigit: vt simul eo quo illos cō/
memoraui ordine cōscribant: Licet
itaq; a quibusdam festinatibus alio
ordine sint conscripti anteq̄ perfe/
cti essent: sic tamen eos vt hic posui
volo ordinari.

Explicit Prologus.

Capituloꝝ dialogi de vita
te Bti Anselmi annotatio.

De veritate

- Ca. 1** **Q** veritas non habeat prin-
cipium vel finem.
- ij** De veritate significationis
et duab⁹ veritatibus enū-
ciationis.
- iiij** De veritate opinionis.
- liij** De veritate voluntatis.
- v** De actionis naturalis et nō
naturalis veritate.
- vj** De sensuū veritate: et q^d fal-
sitas que putatur eē in sen-
su est in opinione.
- vij** De veritate rerum essentie.
- viiij** De diuersis intellectibus de-
bere et non debere: posse et
non posse.
- ix** **Q** omnis actio significet
aut verum aut falsum.
- x** De veritatis latitudine.
- xj** De summa veritate.
- xij** De veritatis diffinitione.
- xiiij** De iusticia et eius diffinitio-
ne.
- xiiij** **Q** vna sit veritas in omni-
bus veris.

Beati Anselmi Archie-
piscopi Lantuariensis dia-
logus de veritate incipit.

Q veritas non habeat
principium vel finem:

Lapitulum I. **D**

Doniā

deum veritatem
esse credimus: et
veritatem in mul-
tis alijs esse dici-
mus: vellem scire

q an vbiq³ veritas dicitur: deum
eam esse fateri debeamus. Nam tu
quoq³ in monologio tuo per verita-
tem orationis probas summam ve-
ritatem non habere principium vel
finem: dicēs: Cogitet qui pōt qm̄ in-
cepit aut qm̄ nō fuit hoc vey: scz qd
futurum erat aliquid: aut quādo de-
sinet aut non erit hoc verum: scilicet

quia preteritum erit aliquid. **Q**d
si neutrum istorum cogitari potest:
et vtrūq³ horū vey sine veritate esse
non potest: impossibile est v^t cogita-
re q^d veritas principium aut finem
habeat. Veni q³ si veritas habuit pn-
cipium aut habebit finem: anteq³ ip-
sa inciperet verum erat tunc qz non
erat veritas: et postq³ finita erit ve-
rum erit tunc: quia non erit veritas.
Et qz verum nō potest esse sine veri-
tate: erat igitur veritas anteq³ esset
veritas: et erit veritas postq³ finita erit
veritas: qd̄ incoūuenētissimū ē. Si-
ue igit^r dicat veritas hīc: siue intelli-
gat nō hīc principium vel finē: nullo
claudi pōt veritas pncipio vel fine.
Hoc tu in monologio tuo. Quapro-
pter veritat^r diffinitionē a te audire
expecto. **M** Nō meminī me inuenis-
se diffinitionē veritatis: sⁱ si vīs qra-
mus per rerū dissitates: in qbus ve-
ritatē dicimus esse quid sit veritas.
D Si aliud non potero vel audi-
endo iuuabo.

De veritate significationis
et duabus veritatibus enū-
ciationis: **Laplin II. **A****

Aeranus ergo primū quid
sit veritas in enunciatione:
quoniā hanc dicimus sepius
veram vel falsam. **D** Quere tu
et quicquid inueneris ego seruabo.
M Quādo est enunciatio vera?
D Quādo est qd̄ anūnciat siue af-
firmando siue negādo. **D** Dico autem
qd̄ enunciat et quādo negat esse qd̄
non est: qz sic enūciat quēadmodū
res est. **M** An ergo tibi videtur
q^d res enunciata sit veritas enuncia-
tionis? **D** Mon. **M** Qua-
re? **D** Quia nihil est verum nisi
participando veritatem: et ideo ve-
ritas in ipso vero est: res vero enun-
ciata: non est in enunciatione vera:
vnde nō eius veritas: sed causa ve-
ritatis dicenda est. Quapropter nō
nisi in ipsa oratione querenda mihi

Beati Anselmi dialogus

videtur eius veritas. **W** Vide ergo an ipsa oratio aut eius significatio: aut aliqd eorū que sunt in distinctione enunciationis sit qd̄ queris. **D** Non puto. **W** Quare? **D** Quia si hoc eēt: semp̄ esset vera: qm̄ eadem manēt om̄ia que sunt in enūciationis diffinitōe: r̄ cum est quod enūciat: r̄ cū non est. Eadem est em̄ oratio r̄ eadem significatio: r̄ cetera similiter. **W** Quid igit̄ tibi videt̄ ibi veritas? **D** Nihil aliud scio nisi cum significat esse quod est: tunc est in ea veritas: r̄ est vera. **W** Ad quid facta est affirmatio? **D** Ad significandū esse quod est. **W** Hoc ergo debet. **D** Certum est. **W** Cum ergo significat esse quod est: significat qd̄ debet. **D** Ita est. **W** At cum significat qd̄ debet: recte significat. **D** Ita est. **W** Cum aut̄ significat recte: recta est significatio? **D** Non est dubiū. **W** Cum ergo significat esse quod est: recta est significatio. **D** Ita sequit̄. **W** Item cum significat esse qd̄ est: vera est significatio? **D** Vere r̄ recta r̄ vera est cum significat esse quod est. **W** Idem igit̄ est illi r̄ recta r̄ vera esse: r̄ significare esse qd̄ est? **D** Vere idem. **W** Ergo non est illi aliud veritas q̄ rectitudo. **D** Aperte nūc videro veritatē hanc esse rectitudinē. **W** Similiter cū enūciatio significat non esse quod non est. **D** Uidero quod dicis: Sed doce me quid respondere possim si quis dicat: q̄a etiā oratio: cū significat hoc esse qd̄ non est: significat qd̄ debet: pariter namq̄ accepit significare esset quod est: r̄ qd̄ non est. Nam si nō accepisset significare esse etiā quod non est: nō idē significaret. Quare etiam cū significat esse quod nō est: significat quod debet. At si quod debet significando recta r̄ vera est sicut ostēdit̄: vera est oratio etiā cum enūciat esse quod non est. **W** Vera quidem non solet dici cum significat esse

qd̄ non est: veritatē tñ r̄ rectitudinē habet: quia facit qd̄ debet. Sed cum significat esse qd̄ est: dupliciter facit quod debet: quoniam significat r̄ qd̄ accepit significare r̄ ad quod facta est. Sed fm̄ hanc rectitudinem r̄ veritatē qua significat esse qd̄ est: vlt̄ recta r̄ vera dicitur enūciatio: non fm̄ illā qua significat esse etiā qd̄ nō est. Plus em̄ debet propter qd̄ accepit significationē: q̄ ppter quod nō accepit. Non em̄ accepit significare rem esse cum non est: vel non esse em̄ est: nisi qz̄ si potuit illi dare tūc solū mō significare eē qm̄ est: vel nō esse qm̄ nō ē. Alia igit̄ ē rectitudo r̄ veritas enūciatiōis: qz̄ significat qd̄ accepit significare r̄ ad qd̄ significandū facta est: Alia hō qz̄ significat qd̄ accepit significare. Quippe ista imutabilis est ipsi orōi: illa hō mutabilis. Hęc namq̄ semp̄ habet: illa vero non ip̄. Itā em̄ naturaliter habet: illam hō accidentaliter r̄ fm̄ vltim. Nam cū dico dies est: ad significandum esse quod est: recte vtor: huius orōnis significatiōe: quia ad hoc facta est: et ideo tūc recte dicit̄ significare. Cum vero eadem oratiōe significo esse qd̄ non est: non ea recte vtor: quia non ad hoc facta est: r̄ circō tunc nō recta etiā significatio dicit̄: q̄uis ī quibusdam enūciatiōibus inseparabiles sint iste due rectitudines seu veritates: vt cū dicim̄: homo animal est: aut homo lapis non est. Semper em̄ hec affirmatio significat esse qd̄ est: r̄ hec negatio nō esse qd̄ non est: nec illa possumus vti ad significandū esse quod non est. Semper em̄ homo animal est: nec ista ad significandū non esse quod est: qz̄ homo nunq̄ lapis est. De illa igit̄ veritate quam habet oratio: fm̄ q̄ aliquis ea recte vtitur in cepimus querere: qm̄ fm̄ hāc verā eam esse iudicat vsus cōmunis locutionis. De illa aut̄ veritate quā non habere non pōt: postea dicem̄. **D** Redi igit̄ ad id quod inceptisti: qm̄ sufficēter mihi inter duas veritates

De veritate

orationis discreuisti: si tñ aliqua eā
veritatē ostēderis habere cum mē-
tium sicut tu dicis. **M** De veri-
tate significatiōis de qua incepimus
interim ista sufficiāt. Eadē em̄ ratio
veritatis: quā in p̄positione vocis p̄-
sperimus: cōsideranda est in om̄ib⁹
signis q̄ sūt ad significā dū aliqd eē
vel non esse: vt sunt scripture vel di-
gitoz loq̄la. **D** Ergo trāsi ad alia.

De veritate opinionis:

Capitulum III. **AD.**

Cogitationem quoq; dicimus
veram: cum est quod aut ra-
tione aut aliquo mō putam⁹
esse: et falsam cum non est. **D** Ita
vltus habet. **M** Quid ergo tū
videt veritas in cogitatione? **D**
Secundū rationē quam in p̄positio-
ne vidimus: nihil rectius dicit veri-
tas cogitatiōis q̄ rectitudo ei⁹. **Ad**
hoc namq; nobis datū est posse cogi-
tare esse vel nō esse aliqd: vt cogite-
mus esse quod est: et non esse qd non
est. **Qu**apropter qui putat esse qd
est: putat quod debet: q; ideo recta
est cogitatio. **Si** ergo vera et recta
est cogitatio nō ob aliud q̄ quia pu-
tam⁹ eē qd est: aut nō esse qd nō est:
nō ē aliud ei⁹ xitas: q̄ rectitudo. **M**

De veritate voluntatis: **L. III**

Ecce cōsideras. **Sed** et in vo-
luntate dicit ipsa veritas ve-
ritatem esse: cum dicit d̄tabo
Joh. 8. lum non sterisse in veritate. **Non** em̄
erat in veritate: neq; deseruit verita-
tem nisi voluntate. **D** Ita credo.
Si em̄ semp voluisset qd debuit: nū-
q̄ peccasset: qui nō nisi peccādo ve-
ritatē deseruit. **M** Dic ḡ quid
tibi intelligas per veritatē? **D** Non
nisi rectitudinē. **At** si ḡ dū voluit
qd debuit ad qd se voluntatē acce-
perat: in rectitudie et veritate fuit: et
cū voluit qd nō debuit: rectitudinē
et veritatē deseruit. **Non** aliud pōt
tibi intelligi veritas q̄ rectitudo: qm̄
sive veritas siue rectitudo: nō aliud ē
ei⁹ voluntate fuit q̄ velle qd debuit.

De actionis naturalis et nō naturalis veritate: **L. V. **AD****

Ene intelligis. **De** in actiōe

b q; nihilominus veritas cre-

dēda est sicut dñs dicit: **Quia**

qui male agit: odit lucē: et q̄ facit xi-

titatē: venit ad lucē. **D** **V**ideo qd

dicit. **M** **C**ōsidera igit qd ibi sit ve-

ritas si potes. **D** **N**isi fallor: ea-

dem ratioē q̄ supra veritatē in alijs

cognouimus: in actiōe quoq; cōtem-

plāda est. **M** **I**ta est. **N**ā si male

agere et veritatē facere opposita sūt:

sicut ostēdit dñs cū dicit: **Qui** male

agit odit lucē: et qui facit veritatem

venit ad lucē: idē est veritatē facere

qd est bene facere. **B**ene namq; face-

re ad male facere cōtrariū est. **Qua-**

propter si veritatē facere et bene fa-

cere idem sunt in oppositiōe: nō sunt

diuersa in significatiōe. **Sed** sn̄a est

oīm: q; q̄ facit qd debet: bñ facit et re-

ctitudinē facit. **U**n̄ sequit q; rectitu-

dinē facere ē facere veritatē. **C**ōstat

nāq; facere xitātē: eē bene facere: et

bñ facere eē rectitudinē facere. **Qua-**

re nihil apti⁹ ḡ veritatē actiōis esse

rectitudinē facere. **D** **I**n nullo vi-

deo titubare estiationē tuā. **M** **I**n

spice an oī actio q̄ facit qd d; xitātē

facere cōueniēter dicat. **E**st quippe

actio rōnalis: vt dare elemosinā: et

est irrōnalis actio ignis q̄ calefacit.

Vide ḡ an cōueniēter dicam⁹ ignem

facere veritatē? **D** **S**i ignis ab eo

a q̄ habet eē accepit calefacere cū ca-

lefacit: facit qd debet. **I**d nō video q̄

incōueniētia sit: ignē facere xitātē et

rectitudinē: cū facit qd debet. **M**

Mibi ḡ aliter nō videt. **U**n̄ aī ad-

uertit pōt rectitudinē seu veritatē a-

ctiōis aliā eē necessariā: aliā nō neces-

sariā. **E**x necessitate nāq; ignis facit

veritatē et rectitudinē cū calefacit: et

nō ex necessitate facit hō rectitudinē

et veritatē cū bñ facit. **F**acere aut nō

solum p̄ eo qd p̄rie d; facere: face-

re veritatem intelligitur: non tātum

in facto sed etiam in verbo tñ nullo

Joh. 3.

Ibidem.

Beati Anselmi dialogus

Joh. 3. rētia: sed pro omni verbo dominus voluit intelligere cum dixit: Quoniam qui facit veritatē venit ad lucem. Non enim separat illum ab hac veritate sine luce qui patit persecutionem propter iusticiā: aut qui est quā et ubi debet esse: aut qui stat vel sedet quādo debet: et similia. Nullus nā quō dicit tales nō bene facere. Et cum

2. cor. 5. dicit apłs: Quia recipiet unusquisque prout gessit: intelligendum tibi est: quicquid solemus dicere vel bene facere vel male facere. **D** Usus quoque cōmunis locutionis hoc habet: ut et pari et multa alia dicat facere: que nō sunt facere: Quare rectā quōque voluntatem de cuius veritate ante veritatem actionis supra contemplati sumus: inter rectas actiones: nisi fallar: computare possumus. **N**on falleris. Nam qui vult quod debet: recte et bene facere dicitur: nec ab his quō veritatē faciūt excluditur. Sed quō de veritate iueſtigādo illā loquimur: et dñs de illa veritate que in voluntate est: specialiter vide diceret cum dicit de diabolo: Quia in veritate nō stetit: ideo separatim quid in voluntate veritas esset: considerare volui.

Joh. 8. **D** Placet mihi ita factū esse. **C**um ergo cōstet actionis veritatē aliam naturalē esse: aliam non naturalē: sub naturali ponenda est illa veritas orōnis quā supra vidimus ab illa non posse separari. Sicut enim ignis cum calefacit: veritatē facit: quō eo accepit a quo habet esse: ita et hec orō scilicet dies est: veritatē facit cū significat diem esse: sine dies sit sine dies non sit: quoniam hoc naturaliter accepit facere. **D** Nunc primum video in falsa oratione veritatem.

De sensuū veritate: et quod falsitas que putat esse in sensu: est in opinione: La. VI. Ad

Etas ne nos preter summam partem veritate omnes sedes inuenis se veritatis? **D** Remini-

ſcoz nunc cuiusdam veritatis quā in his de quibus tractasti non inuenio. **Q**ue est illa? **D** Est quidem in sensibus corporis veritas sed non semper: Nam fallit nos aliquādo. Nam cum video aliquā per medium vitrū aliquid: fallit me visus: quō aliquādo renūciat mihi corpus quod video vitra vitra: eiusdem esse coloris cuius est et vitrū: cum alterius sit coloris: aliquādo vero facit me putare vitrū habere colorem rei quam vitra video cum nō habeat. Multa sunt alia in quibus visus et alij sensus fallunt. **N**on mihi videtur hec veritas vel falsitas in sensibus esse: sed in opinione: Ipse nāque sensus interior se fallit: nō illi mētur exterior. **Q**uod aliquā facile cognoscit: aliquā difficile. Cum enim puer timet sculptum draconem apto ore: facile cognoscit quō hoc non facit visus: quō nihil aliud puero renūciat quō senibus: sed puerilis sensus interior qui nondum bene scit discernere inter rem et rei similitudinē. Tale est enim cum videntes hominem alicui similitudine: putamus illū esse cui similis est: aut cum audis quis non hominis vocem: putat esse hominis vocem. Nam et hoc facit sensus interior. **Q**uod autē dicit de vitro: ideo est: quia cum visus trāsit per corpus aliquod aeris coloris: nō aliter impeditur assumere similitudinē coloris quō vitra videtur quō cum trāsit per aera: nisi inquantū illud corpus quō transit: spissius aut obscurius est aere: ut cū trāsit per vitrū sui purius coloris: id est cui nullus alius admixtus est color: aut per purissimā aquā aut per crystallū aut per aliqd similem habēs colorē. Cum vero trāsit idē visus per aliū colorē: ut per vitrum non sui coloris: sed cui alius color est additus: ipsū colorem qui prius occurrit accipit. Quapropter quoniam post unū acceptū colorem semper quō illo affectus est: alius quicquid occurrat: aut nullatenus aut minus integre accipit.

De veritate

Ideo illū quem prius cepit aut solū aut cū eo qui post occurrit renūciat. Si enī visus quāto capax est color? tū afficit priore colore: nō potest aliū sentire simul colorem. Si autem minus q̄ colorem sentire possit priori afficit: potest aliū sentire: vt si transit per aliq̄ corpus velut per vitruū quod ita perfecte sit rubicundum vt omnino visus afficiat eius rubore neq̄ diuerso simul affici colore. Si aut nō tam perfectum inuenit ruborem qui prior: occurrit quantū coloris capax est quasi nondum plenus adhuc aliū valet assumere colore: ē in quāto eius capacitas prior colore: nō est fatiata. Qui ergo hoc nescit: putat visus renūciare h̄ scy: quia oia q̄ post prius assumptum colorem sentit: aut omnino aut aliquatenus eiusdem sint coloris. Unde cōtingit vt sensus interior culpam suā imputet sensui exteriori. Similiter cū fustis integer cui pars est intra aquā et ps extra putat fractus: aut cū putamus q̄ visus noster vultus nostros innemat i speculo: et cū mltā alia nobis aliter vident: visus et alij sensus nūciare q̄ sunt: non culpa sensuum est qui renūciat quod possunt: quoniam ita posse acceperunt: sed iudicio anime imputandam est q̄ non bene discernit quid possint illi aut qd̄ debeāt.

Quod ostendere quoniam magis laboriosum est q̄ fructuosum ad hoc quod intendimus: in hoc modo tempus cōsumendum non arbitror. Hoc tū sufficit dicere: qz sensus q̄ quid renūciare videant: siue ex sua natura h̄ faciant: siue ex aliq̄ alia cā hoc faciūt qd̄ debent: et ideo rectitudinem et veritatē faciūt. Et cōtinetur hec veritas sub illa veritate que est in actione. **D** Satisfecisti mihi tua rāione: et nolo te amplius morari in hac de sensibus questione.

De veritate rerum essentie: Capitulum VII. **AD**

Am cōsidera an preter sumā
i veritatē in aliqua re veritas sit intelligēda exceptis his q̄ supra aspecta sūt. **D** Quid illud esse potest? **M** An putas aliqd̄ esse aliquādo aut alicubi qd̄ non sit in sumā veritate: et qd̄ inde non acciperit q̄ est in q̄tū ē: aut qd̄ possit aliud esse q̄ quod ibi est? **D** Non est putandum. **M** Quicqd̄ igitur est: vere est in q̄tū hoc est quod ibi est. **D** Absolute p̄cūdere potes: qz omne quod est vere est: qm̄ nō ē aliud q̄ qd̄ ibi est. **M** Est igitur veritas in omnibz que sunt essentia: qz hoc sunt qd̄ in summa veritate sunt. **D** Video ita ibi esse veritatem: vt nulla possit esse falsitas: qm̄ qd̄ falso est nō est. **M** Bene dicis. Sed dic an aliquid aliud debeat ēē q̄ qd̄ est in summa veritate? **D** Non.

De diuersis intellectibz de bere et nō debere: posse et nō posse: Capitulum VIII. **AD**

I ergo omnia hic sunt qd̄ ibi sunt: sine dubio hic sunt qd̄ debet. **D** Hec h̄ sūt qd̄ debent. **M** Quicqd̄ vero est qd̄ debet esse: recte est. **D** Nihil cōsequentiū: aliter nō pōt esse. **M** Igitur omne quod est recte est. **D** Nihil cōsequentiū. **M** Si ergo veritas et rectitudo iudicio sunt in rerum essentia: quia hoc sunt qd̄ sunt: in summa veritate certum est veritatem rerū esse rectitudinē. **D** Nihil planius q̄tum ad cōsequentiā argumētatiōis. Sed fin rei veritatem quōd possum? dicere: qz qc̄quid ē qd̄ debet esse: cum sint multa opa mala: que certū est non esse debere. **M** Quid mirū si eadem res debet esse et non esse? **D** Quōd pōt hoc esse? **M** Scio te non dubitare: qz nihil oīno est: nisi deo aut faciere aut permittente. **D** Nihil mihi certius. **M** An audebis dicere: quia deus aliquid faciat aut pmittat sapienter

Beati Anselmi dialogus

ant nō bene? **D** Immo assero: qz nihil nisi bene r sapienter. **M** An iudicabis nō debere esse qd tāta bonitas r tāta sapia fac aut pmittere? **D** Quis intelligēs audeat h cogitare? **M** Debet igit eē piter r qd faciēte r qd pmittere deo sit. **D** Patet qd dicitis. **M** Dic etiam an putes esse debere male volūtate esse etiā? **D** Idē est ac si dicas an debeat esse op^o malū qd null^o sensatus peccat. **M** Permittit tū de aliq^o male facere qd male volunt. **D** Utinā nō tam sepe pmitteret. **M** Idē igit debet esse r nō esse. Debet em̄ esse qz bñ r sapiēter ab eo q nō pmittere fieri nō posset pmittere: r non debet esse qm̄ ad illū cui^o iniq^o volūtate cōcipit. Hoc igit mō: qz dñs letus sol^o innocēs erat nō debuit morte pati: nec vll^o eā illi debuit inferre: r tū eā debuit pati: qz ip̄ sapiēter r benigne r vtilit^o voluit eā sufferre. **Q**uis actio significet aut rez aut fallum? **Ca. IX.**
Altis em̄ mōis eadē res su^o m̄ scipit diuersis cōsideratiōib^o cōtraria: qd in actiōe sepe cōtingit: vt i p^o cussioe. Percussio nāq^o r agētis est r patiētis: vs̄ r actio dicit r passio p̄t: qm̄ is fm̄ ip̄m nomen actio vl^o p^o cussio: r q̄ silt^o dicta a passiois i actiua significatiōe dicunt: magis videant eē patiētis q̄ agentis. Quippe fm̄ id qd agit: mag^o p̄prie videt dicit agētia vl^o patiētia: r fm̄ id qd patitur actio vl^o p^o cussio. Nam agētia r patiētia ab agēte r pcutiēte dicitur: sic puidētia a puidente et p̄tinētia a p̄tinēte: q̄ scz agēs r pcutiens: puidēt r p̄tinēt actiua sūt: actio x̄o r p^o cussio ab acto r p^o cussio q̄ passiua sunt deriuant. Sz qm̄ vt i vno dicit eā qd in ceteris intelligas: sic pcutiēs nō est sine p^o cussio: nec p^o cussus absq^o pcutiēte: ita patiētia r p^o cussio sine inuicē eē nequunt: imo vna r eadē res est dīstis noib^o fm̄ dīstas ptes significata: iccirco percussio r pcutiētis r p^o cussio eē dī. Quapropt^o fm̄ q̄ agēs

nis periculi malum illico euasisse.
Velociorq̄ est nonnunq̄ salus
memorato nomine ei⁹: q̄ inuocato
nomine domini iesu vnicū filij sui:
Et id quidē nō ideo fit q̄ ipsa ma/
ior et potentior eo sit: nec enim ip/
se magnus ⁊ potēs est per eā: sed il/
la per ipsum. Quare ergo p̄p̄tor
sepe p̄cipit? Dicaz quid sentio: Si/
lius ei⁹ domin⁹ est ⁊ iudex omniū:
discernens merita singulorum: dū
igit ipse a quis suo nomine inuo/
catus non statim exaudit: p̄fecto

De excellentia virginis marie

id iuste facit. Inuocato autem nomine matris est merita inuocantis non merentur ut exaudiantur: merita tamen matris intercedunt ut exaudiantur. Hoc uenitque usus huiusmodi quod tunc probat: cum quis proposito domino nomine efficaciter ab alio aliquid impetrat: quod simpliciter sua peccata nequaquam impetrare potest. Itaque si tam utilis aliquando in subueniendo memoria nominis matris dei existit: non mirum si magne salutis afferat fructus frequens meditatio amoris eius: si plenam iocunditatem dabit dulci studio cogitata et recogitata immensitas gaudij eius.

De gaudio beate marie in filij ascensione: Capi. VII.

Capitulum propter adhuc in speculatione gaudij eius uerba uertamus: et mentes nostras ipsius dulcedine aliquantisper enutriamus. Perpendamus itaque eius tanti gaudij magnitudo impleuerit intima piissime domine huius ex his que tam paulum intendo prout potuimus prelibauimus: utrum ei super illa adhuc adijcere aliquid gaudij potuerit: id quod reuelate spiritu sancto: remota omni ambiguitate: sciebat se decurso labentis uite spacio: in beatitudinem regni celestis ascensuram: et filium suum omnipotenti deo patri in sua deitate coequalem sicut est: in indeficienti contemplatione uisuram: sequitur post eius omni creature celestium: terrestrium et infernorum perennem iurisdictionem. At immensitatem gaudij huius quis considerabit: qui non in ipsa consideratione penitus ab ea opprimatur? Et si causa gaudij tanta est: gaudium ipsum quale et quantum est? Sed o bone iesu istius tue dulcissime matris filij: quomodo potuisti pati ut te in regnum tue glorie remeante: illam quasi orbatam in uisericordiam misericordie reuideres: et non eam

statim tecum regnaturam assumeres? Forsitassis domine tue celesti curie ueniret in dubium: cui potius occurreret: tibi uidelicet domino suo cum post regnum tuum in assumpta carne presentem: an ipsi domine sue ipsum regnum iam suum materno iure effectum ascendenti. Nam ut in partes suo occursum diuideretur: quatenus pars tibi et pars illi in primo aduentu obsequeretur: non decreuit estimare: preferim cum tota sit tua totaque per te eadem celestis curia sua. Prudentiori ergo et digniori consilio usus: precedere illam uolebas: quatenus ei locum immortalitatis in regno tuo preparares: ac sic committatus tota curia tua festinus ei occurreres: eamque sublimius sicut decebat tuam matrem: ad te ipsum exaltares. Equidem non est ab re credere ipsi his de causis matrem suam precessisse: cum ipse idem uirginis huius beatissime virginis pmiserit suis discipulis: se si abiret eis locum in celesti sede preparaturum. Si ergo locum ab eo preparabat ad gloriam et honorem discipulorum: quomodo non prepararetur ad honorem et gloriam matris sue domine scilicet et regine angelorum? Erat preterea ut hic quidem uidetur utilis et necessaria fidel nostre conuersatio sua post ascensionem domini inter apostolos eius: quia licet ipsi per reuelationem spiritus sancti edocti in omnem ueritatem: incomparabiliter tamen eminentius ac manifestius ipsa per eum spiritum ueritatis: illius ueritatis profunditatem intelligebat: et per hoc multa eis per hanc reuelabantur: que in se non solum simplici scientia: sed ipso effectu: ipso experimento didicerat de mysterijs eiusdem domini nostri iesu christi. Nec dilatio sue assumptionis quoquo modo iacturam aliquam inferre poterat immensitati amoris et gaudij sui: quoniam ipse perfecto amoris et gaudij: ita illam respiciebat

Beati Anselmi Liber

plenitudine sui: vt hoc ipsum ei ad amoris et gaudij augmentum magnopere fieret: qđ se illic esse videbat vbi deum quē pre cunctis amabat magis velle sciebat. Igit̃ vbi cumq; erat: et ipsa in deo ⁊ deus in ipsa locundabatur: qua locunditate ipsa felix: sed pre ceteris vbiq; fieri cupiebat quod sapientie dei potissimum placere intelligebat. Hac inestimabili amoris et gaudij immensitate predata fuit hec virgo sanctissima qđ diu eam in mortali carne manere placeret sapientissimo filio suo.

De assumptione beate dei genitricis marie:

Capitulum VIII.

v Erum cum ipse in regnum suum eam assumere: ⁊ ei magnificentiam regni sue glorie decreuisset offendere: cuius precor dignitatis ⁊ honoris apparibus intendebat tota curia angelorum: quibusve vocibus exultationis ⁊ salutis resonabant numerosa tabernacula antiquorum patrum ipsi curie tunc associatorum? Erre crediderim omnes illius beate patrie ciues festiniori solito ac sublimiori instore decoris: ad aduentum matris domini sui preparari: ac noua quadam ⁊ ineffabili locunditatis gratia pro tante rei expectatione coniubilare. Et quid mirum? Ipse iesus de⁹ et domin⁹ omnium filius eius benedictus: huius castissime virginis et domine rerum: ipse ei sicut sue vnice matri totus festinus occurrere volebat: et aliquis de familia sua se tanti gaudij immensitate subtraheret? Atq; inter homines moris scitur esse: vnumquemq; bonum seruum cuiusvis prepotentis domini: eo maiori gaudio in amici domini sui ad

uentu exultare: quo ipsum dominum suum cognouerit aduentantem amicum magis amare. Cum vero de aduentu parentum domini sui agitur: de quorum specialidilectione nullus vlla dubitatione tenetur: ille nimirum magis felicem se estimat: qui maiori iubilo et festiniori occursum leticie frenare relaxat. Si ergo hec ita se habent apud homines: quibus siqua bonitas inest: longe tamen supernorum bonitatis impar est: contempletur animo qui potest quo gaudiorum festiuitate: quibus concentibus iubilabant omnes beatorum spirituum ordines: quando ⁊ vniceam domini sui matrem aduentare: ⁊ ipsum dominum suum ei videbant omni sua gloria decoraturus velle occurrere. Stipat̃ itaq; mille milibus: immo innumerabilibus angelorum agminibus: deus ipse huic piissime matri sue de hoc mundo migranti occurrat: eamq; super omnes celos exaltatam cuncte secum creature perenni iure dominanturam in throno glorie collocauit. Dies tanti occursum gloriosa ⁊ felix: Dies tam preclare exultationis beata ⁊ celebris: Dies tam sublimis glorificationis festiua et omni seculo admirabilis: Dies enim illa non solum te domina ineffabiliter sublimauit: sed celum ipsum quod penetrasti: Necnon cuncta que in eo sunt noua ⁊ ineffabili gloria decorauit: Noua quidem celum gloria decorauit: quia priorum gloriam eius ex presentia tui ultra qđ dici possit aut cogitari magnificauit. Nam cum tu domina illic ascendis: noua illud ⁊ precelenti virtutum tuarum dignitate irradias: immensaq; miserationum tuarum ⁊ gratiarum luce perlustras. Eadem quoq; dies ascensus

De excellentia virginis marie

tui eorum qui ciues eius ab initio creature esse meruerunt: solito festi- uiori exultationis gaudio induit: quia per glori osum secunde virgi- nitatis tue fructum semirutam vi- dent civitatem suam redintegra- ri. Vere in tuo aduentu per quam tantum bonum meruerunt gaudij sui magnitudo iure debuit augme- tari. Terram etiam dies exaltatio- nis tue o beatissima feminarum mi- ra gratia irrigauit: quia dum te quam de se et in se aliorum homi- num lege progenitam cognouit: vsq; ad creatoris omnium thro- num exaltatam cognoscit: ac an- tiquam maledictionis penam qua in peccato primorum suorum fi- liorum se merito excepsisse sciebat: iam per tante benedictionis tue ab- undantiam sese euadere indubi- tanter credebat. Quid amplius di- cere possum domina? Immensita- tem quippe gratie et glorie et felici- tatis tue considerare cupienti: sen- sus deficit: lingua fatiscit. Quem- admodum enim omnia que in celo sunt: per glorificationem tuam in- estimabiliter decorantur: ita per eandem glorificationem: cuncta que in terra subsistunt: ineffabili- ter sublimantur. Singula nempe in immense dignitatis decus pro- fecerunt: cum per tuam beatam et integerrimam virginitatem do- minum deum suum quem non co- gnouerant: agnoscere: et agnitum colere et amare meruerunt. Quia igitur super omnes celos in dex- tera domini dei sui filij tui bene- dicti exaltari digne cognouerunt: eo etiam didicerunt se eidem deo suo totum debere quod sunt: qua- do ea que inter illa et de illis vna tantam dignitatis eminentiaz me- ruerunt. Nichil igitur aut idolis ho- mines: aut vllie alie rerum species

intellererunt idolorum cultoribus se debere: vbi et singularem au- ctorem sui ex tuo castissimo vtero ad restitutionem prime creationis sue progenitum susceperunt: et te per quam amissam dignitatem su- am recuperauerunt: omni creature ta- sublimiter preponi accepere.

Quantum profuit bea- ta vgo maria creature hu- mane:

Capitulum IX.

Has itaq; laudes quasve gratiarum actiones: non solum humana natura sed omnis creatura huic sanctissime vir- gini debet: pura enim sanctitas: et sanctissima puritas piissimi pe- ctoris eius: omnem omnis creatu- re puritatem siue sanctitatem tran- scendens incomparabili sublimita- te hoc promeruit: vt reparatit p- diti orbis dignissime fieret. An- de quid laudis pro tam ineffabili bono ipse per eam reparatus mun- dus ei iure debeat estimare: nulla- tenus sufficit. Ne tamen aliquis eorum nimis insolens: autumet nos magis more indiscrete landantius ista dicere q; rem sicut est confi- derare. Ne igitur videat cuiq; qd considerationi fidelium quecun- q; modo comemorando velle pre- figere: plenius ea que humane na- ture per eam bona prouenere: com- memorare iungat: aut sic qualis om- nes aliarum rerum forme per ip- sam sunt reparate siue reformate: nihilominus prout poterimus in medium proferre delectat. Ad ea quidē re facere placet: vt pre oeu- lis aliquē deo format singularib; bñficijs ei nemo relinquatur: cui: eo- sideratio imēstitate pmerite laudis

Beati Anselmi Liber

illius nõ obruatur. Nota igit' omni seculo loquar: et de q̄ ad quid pne/cti sumus huius domie meritis: pro posse edicam. Itaq; natura mea ad similitudinem dei in principio cre/ata fuit: quatenus indesinenter ip/so deo frueretur: et eius gloria sine omni corruptione et mutabilitate ali quando potiretur. Hoc tam grande bonum natura statim in primis ho/minibus perdidit: et in huius mun/di miserias infelix et preceps ruit: de hinc in eternas miserias decurso vi/te labētis articulo misro infelici? rui/tura. Transferūt multa secula: et dā/nationis istius immanitas super omnes filios hominum semper est in de/terius roborata. Nec enim dei sum/mi sapientia summa: vllam in massa creationis humane vias inuenit: per quam vt disposuerat in mundum ve/niens tam luctuose perditioni subue/niret: donec ad istā de qua loquimur virginem ventū esset. Sed hec mox vbi in mūdum per humane genera/tionis lineam venit: tanta omnis bo/ni virtute et constanti pfecte resplē/dit: vt eam ipsa sapientia dei vere dignam iudicaret per quā in homie veniēs: non mō reatū primoz homi/num: sed et totius mundi peccata de/erer: et diabolum sui operis inimicū cum suis elideret: nec non dāna cele/stia patrie illuc hominem deducen/do redintegraret. Quis igitur ista p/pendens estimare queat qua laude digna sit que tantozū beneficiorū so/la pre cūctis effici meruit mediatrix? Liberati ergo a lege mortis q̄ deti/nebamus: resurgimus in gloriā quā in primo parente perdidimus: immo in ampliozē. Vel ipse in se vl' nos in ipso amisimus. Qui etenim adhuc etiam in carne mortali per fidem ad amissam gratiam seu patriam tendi/mus: in filiationē dei per benedictū filium benedictę matris marie tran/simus: eundemq; filium eius nobis

fratrem ipso auctore arcessimus. A morte enim resurgēs nos fratres su/os appellauit: et q̄ ad patrem suum et patrem nostrum: deum suū et de/um nostrū foret ascensurus: familiari affectu nobis intimari precepit. Qu igitur tantum patrē et tantuz fratrē sortiti sum?: vtiq; beate marie ascri/bere debemus: cuius integerrima et benedicta fecūditate: in tantā digni/tatem surreximus: quā quidez digni/tatem nostram natura nequa q̄ ad/pta fuisset: si illius beate marie fecun/da virginitas deum de sua substan/tia non genuisset. Cum igitur tiaz in/estimabili dignitatis honore etiam in huius mundi squaloribus degēs: p pie matris dei marie merita hūa/na natura sit exaltata: qualis quali gloria decorabitur: cum hunc ipsum fratrem suum: eius omnipotentī pa/tri coequalem in sua maiestate regnāte aspererit: eiusq; regnū coheres ex/istens: perpetua et incommutabili glo/rificatione vultum ipsius presens cō/stituerit? Aduertat inq; aduertat q̄ gloria vel quod gaudium vel que in/bilatio erit omnibus illis qui in re/gnum beatitudinis assumpti: deum dominūq; rerum omnīū in sue car/nis substantia sibi similem viderint: et euncta que siue in celo siue in terra seu in inferno subsistunt ad: nutum illi? p̄dere: eumq; fraterno affectu imo vltra omnes fraterni amoris af/fectum seipos amare velle poterūt: sine mora: sine cōtradictione: sine de/fectu sibi eternaliter ministrare. Si/ per hoc cū ipsam dominam per quā tāta bona eis prouenire: pre oculis habuerint iuxta deū quē de suo vte/ro virgo filium pepererit residentē et iure materno celo terreq; cum eo/dem suo filio presidentem: confide/remus qua exultatione exultabūt p tanta gloria eius: q̄ honore subleua/bunt in tanta potētia ei. His itaq; creatura defert eis honore n̄ solū qz

De excellētia beate virginis.

videbit nature ipsorū cōsortem esse suum creatorē: sed etiā quia dominā summā & vnicā dominatricē celi & terre mariā ex his cōspiciet esse factā reginā angelorū. His igit ita cōsideratis: tu quicūq; ex humana stirpe p̄genitus es: quomō potes & quātum potes erige aciem mentis tue in eam: & q̄s potes laudes p̄solue: cōsiderās q̄s grates: q̄s laudes: q̄ obsequia ei p̄petuo debeas: p̄ cui? beatā & integerimam fecunditatē de tanto malo ad tantū bonum: vt breui ostendim? cōpendio: sis p̄uictus gnarus attende. Nulla te ab horum cōsideratione fuculi delectatio moueat: nulla cuiusuis amoris desidia a debita laudum exhibitione retardet.

Quāti p̄sunt omni creatu re etiā p̄ter hūanā: La. X.

Erūm qm̄ aliquātiq; animad uertim? qd̄ boni p̄ excellētiā beate matris dei marie merita adepti sum? paucis etiā vt p̄posuim? p̄ posse qd̄ alia species rerū: per eadē eiusdē merita sint ad eptē aduertam? Scio quidē sup̄ me quedā dixisse & cōmemorasse: sed ad tante dñe eminentiā cōmendandam pijs aurbus nō videt fore sup̄fluum eandē p̄sentare sententiā. Omnē itaq; creaturā tam celestem q̄ terrestre ad sui creatoris laudem & gloriā institutam: nemo sane mētis ambigit: nemo sapiens silet. Quapropter si aliquid eius laudē aut glorie siue honori derogat in quoq; bene intuentibus liquet q̄ idē ipsū cetera siue subintegritatem ei seruātia: quodam exinde confusiois verbere fauciat. Nec etiā ad domini sui fidelitatē integre sese tenerent: si verēcundā domini sui et auctoris equanimitē & incōcussa tranquillitate sustinerent. Homo igit q̄ a deo inter ceteras creaturas s̄blimis nature creatus est: dum deum per siue inobediētie reatū in honozauit: omnia que sui iuris prius erant amisit: omniaq; que sui status integritatem

seruauerūt: quadā cōfusione ipsa reatus sui inmanitate q̄tum in ipso fuit vlnnerat: adiecta est eis sup̄ hac cōfusione & alia confusio: quia huic quē a suo conditore p̄ male vite merita exorbitare videbāt: per siue conditiois lege: ministriq; sui obsequium nullo tēpore abnegare valebāt. Ingerebatur igit operibus dei contumeliosa quedā opprobrio: & fiebat de eis grauis & iniuriosa abusio. Nus siquidem nullum in his que dei sunt iuste debet habere: qui voluntati eius non veretur p̄cauis acribus contraire. In eo itaq; quod in limine celi & siderū motu in suis visibus homo reoportebatur: idem celum & sidera ip̄a magni honoris dētinentia patiebatur. Nempe illi seruebant: propter quē se nequaq; instituta sciebāt. Ad obsequiū quippe siue seruitium iusti hominis: nō iniusti qui tunc erant: cōdita fuerunt. Hoc ipsum de aere: de terra & que profert: de mari & omnibus aquis: ac de his que continēt licet dicere & sentire. Omnes igit rerum forme: in formi quadam & contumeliosa obfuscatione tegebantur: eo q̄ ipsi qui deum suum incessanter offenderat: ministrare ac subdi sine intermissione cogebantur. Durant autē hoc in rerum substantijs iniuria: quousq; venit in carnē illa de qua loquimur beata virgo maria. Et vbi venit ipsa: in se q; filium dei incorporauit: & pristinam dignitatē in deo qui nascebatur humana natura recuperauit: nihil vltra confusiois aut iniuriarū alicui rerum species refedit: immo libertatem prime creationis siue confestim recipere meruit. Nam ipsa cui lege siue cōditiois ius libertatis maximū erat obsequendis videlicet illi quē ad dei unaginē conditum nouerat: cum ipsum in creatoris sui similitudinem quam peccando in se corruperat: per bona opera redire consperit: non mirum si deinceps obsequendo dñarū eius: cōtumeliose iugum seruitutis excussit.

Beati Anselmi liber

De eodem alio modo: Capitulum XI.

¶ **L**io autem modo si placet cōsideremus qualiter omnis creatura ad utilitatē hominis sit creata: et quemadmodum eadem utilitas ob peccatū primi hominis quodammodo euauerit: quove pacto per beatam dei matrem virginem mariam: primā sue utilitatis recuperauerit dignitatem. Certe homo quē metis subsistens rationi: carnis fragilitate deprimitur: ad hoc conditus fuerat: ut contemplationis oculo forme iugiter intenderet creatoris: sed quia ipse cōditor eius in circumscriptis prius spūs est: et nemo unquam carnis corruptibilitate pressus vllatenus in magnitudinis eius noticiam vel admirande dignitatis illius speculationē sicut est pertinere potest: proposita illi aliarum rerum existentia est: quatenus earum consideratione: sublimitas eius que per se neq̄ videri: ab ipso intellecta conspiceret. Verum vbi post primorum hominū peccatum generationis humane pro pago in desideria cordis sui prolapsa est: et per vitia sorduit: nō solum creatoris contemplatio: sed et rerum creatarum mirifice dispositionis salutifera meditatio: ab ea procul euauit. Videt ergo quali modo in lapsu hominis ruit dignitas rerum. In consideratione enim illarum homo resurgere debuit in agnitionem dei: et sic quasi quidam ad gradū fieri debuerit ptinēdi ad creatorē ipsius et sui: sed et hec etiā dignitas in eis p̄ijt: quā qui ea digne vteret: nullus fuit aut exiit: Nec vllatenus receperūt ex quibus hō corruit amissā eminentiā tāti boni: donec ille agnus quod peccatū mūdi tolleret: in p̄sona dei et hominis p̄dijt modo per beatā mariā. Verum in cognitione dei hominē per hūc agnū reuocato: omnis etiā alia creatura in statu sue cōditionis et honore proprii cōgentis decoris est reuocata. Huius

igitur tanti boni effectū illi censens profecto imputandū: per cuius virginē vterū is venit in mūdū: qui et hūc nā naturā in tantā sicut diximus dignitatis excellentiā sua sapientia reuocauit: et omnē simul creaturā p̄uilegio amissū honoris mira dispensatione redonauit. Quid ergo huic beatissime ac sacratissime virgini dñe nostre om̄s tam rōnalis quā irrōnalis creatura iure debeat: qui valet: ex his quod patris p̄strinxim⁹ dilatato sensu addit. Et quod cūcta quod deus bona et vtilis fecit: in eo statu quod condita fuerūt: sicut diximus et ostendim⁹: esse destiterūt: et per hanc beatissimā virginē in statu pristinum reuocata sunt et restituta. Sicut ergo deus sua potentia parando cūcta: pater est et de⁹ omnium: ita beata dei genitrix maria suis meritis cūcta reparando mater est et dñā rerū. Deus enim est dñs omnium: singula in sua natura propria in se ipso cōstituenso: et maria est dñā rerū singula congenite dignitati per illā quā meruit gratiā restituenso. Et quemadmodum de⁹ ex sua substantia genuit eū per quē cūctis originē dedit: ita beata virgo maria de sua carne mūdissima peperit illū qui decore p̄me creationis omnium: cūctis restituit. Itē sicut nulla rerū species nisi per dei filiū facta subsistit: ita lex debite damnationis neminē deserit: nisi quē ab ea filius beate marie virginis absoluit. Quis igitur ista recto sensu et corde sincero p̄pendens: plene papere queat excellentiā hui⁹ virginis: per quā tam inestimabilia bona habet rerū natura: per quā tam inestimabili gratia: a tā ineffabili deiectione erectus est mūdus? Quis in quod tā mirā et om̄i prius rei p̄ter hāc inauditā gratiā hui⁹ beatissime mulieris oculo metis aspiciēs nō obstupescat: et nō mō elinguis versuetiā tā tāte rei cōprehensioe prius imunis fiat?

Oratio eiusdē beati Anselmi ad beatissimā virginem mariā: **Cap. XII.**

De excellētia beate virginis.

Quapropter ea quae nobis sunt ipse
q. n. mirabilia intermitteres: p. c.
bus. ipetare nitamur: vt quod
intellectu cape nequimus: salutari saltē
affectu obtinere mereamur. Rogamus
ergo te d. n. p. ipsā gratiā qua te pius
et omnipotēs deus sic exaltauit: et oia
tibi secū possibilis esse donauit: qua
tenus id apud ipsū nobis impetres
et obtineas: vt plenitudo gratie quā
meruisti: in nobis sic opef: quo p. c.
piū beati p. m. i. eius nobis misericor/
diter quāq. cōdonef. Ad hoc quippe
deus noster p. te factus est frater no/
ster: vt quēadmodū ipse dignatus est
cōsors fieri nostre hūanitati: sic nos
mereamur cōsortes fieri sue diuinita/
tis. Intēde ḡ d. n. piissima vt nobis
ad effectū pueniat: ppter quod de n. r.
ex tuo castissimo vtero factus homo
inter homines venit. Nec sis quāsumus
exortati difficilis: qz p. c. dubio idēz
benignissimus filius tuus d. n. noster
Iesus christus erit ad cōcedendū quic/
quid voles p. m. p. t. i. m. et exaudibi/
lis: Tātmō itaq. velle salutē nrāz:
et vere nequaquā sal. esse non poterit.
mus. Quid igit stringet larga mise/
ricordie tue viscera d. n. contra nos:
vt nolis saluari nos? Erte deus no/
ster (teste. p. p. h. a.) misericordia nra est
et tu eiusdē d. n. nostri absq. dubio d. n.
mater es. Si tu ḡ que dei mater eszet
eo reuera miscōle mater et gratie: de/
negas nobis effectū miscōle: cui tū
mirabiliter facta es mater: qd facie/
mus cū idem filius tuus aduenerit:
cū eos equo iudicatur iudicio? Si
quidē licz ipse fili? tuus sit p. te factus
frat noster: vbi voluntatē tuā sue vi/
delicet dilectissime mris magis por/
rectā aduerterit: illuc seruata equita/
tis rōne: a qua te nullatenus discrepa/
re videbit: iudicij sui sententiā: sine ad/
misericordiā inflectēdo seu ad iusti/
ciā intendēdo. p. m. l. g. ab. Subue/
ni ergo nobis d. n. piissima: et nō cōst/
derata peccatorū nrōz multitudinē:
velle tuū ad miserendū nobis infle/
cte: Cogita queso et recogita apud te

qz non ad damnandū sed ad saluan/
dū peccatores: cōditor noster ex te fa/
cius est hō. Cur itaq. nō iuuabis nos
peccatores: quī propter nos in tantā
celsitudinem es leuata: vt te dominū
habeat et veneret oīs pariter creatu/
ra? An ideo vtrūreamus: ampli? nō
curabis: qz quicquid de nobis mise/
ris vltra euentat: ḡ sic tue iactura nul/
la inde pueniet? Et hoc quidē bonū
domina fortassis aliquo mō dici pos/
set: si p. tuū solū exaltatiōe et vtilita/
te mater dei facta fuisses: s. vtiq. de
qui hominē assumpsit ex tua castissi/
ma carne: hoc fecit pro tua et nri om/
niū salute. Si ergo tu quā plena salute
es potita: non intendis vt eadē salus
p. modulo nostro etiam ad nos vsq.
p. t. i. g. at: tam tuorū sufficiens cōmo/
dorū nostrorū negligens esse videber/
is: et que p. totius mūdi saluatione
meruisti fieri mater altissimi: cū nos
postposueris quos obuoluit finis se/
culi: quid queso proderit nobis tua
gloriosa et felix exaltatio: et quid inde
habemus dulcis et affectuosa exalta/
tio? Et ḡ filiū tuū totius mundi sal/
uatorē: et te eius recōciliatricē esse
veraciter sentiam: eo nos p. p. c. i. o. r.
studio iuuā p. camur et foue: quo in se/
cibus mundi natos et alios: portioz
leuamīe et p. p. c. i. s. indigere. Ab initio
deniq. renouatiōis humane: omnib.
sub tuū p. s. i. d. i. c. i. o. s. fugiētibus hucusq.
succurristi: et idcirco p. omī creaturaz
omī laude dignissima dici et esse me/
ruisti. Et succurre oramus vt laus
quā p. tot secula dignē possedisti: cō/
tinua tibi duret i gratia ipsa qua mū/
do perditō subuenisti. Tibi ergo nos
cōmendam: tu p. cura ne pereamus
effice poti? vt salus nra de die in diē
multiplicet: et fitto tuo d. n. nro Iesu
christo vita nra iugi deuotiōe famu/
let: Qui cū deo patre et spū sancto vsq.
uir p. oia secula seculorū: Amen.

Beati Anselmi liber de
excellētia virginis abarie
explicit.

Beati

Anselmi

Beati Anselmi liber Epistolaru incipit.

Beati Anselmi: ad Helinandu auunculu suum: eundem ad statum pfectionis vite exhortantis: Epistola. I.

A **Eru^s ser**

uorum dei i beccensi monasterio comanenti: frater Anselmus: fratri dilecto: filio de-

Jacob. 1. siderato: helinadò bene incepta feliciter pficere. Benedictus deus a quo omne datu optimu: et omne bonu pfectum descendit: qui auertit oculos tuos ne videant vanitate: et erexit animam tuam ad sequendam veritate. Restat igitur mi deconsiderate vt sedula sollicitudine ptractes: qz nemo mittens manum ad aratrum et respiciens retro: aptus est regno celoz. Antiquus enim hostis tanto enitius non cessabit multitudine te calliditate inuadere: quatu te videt studiosu laqueos eius velle euadere. Sepe namqz reducit ante mentis oculos q̄ delectabilia sint ea i quibus solitus es conuersari: vt continuo subinferat q̄ difficile sit assueta voluptate carere: quia sit impossibile in quodam austero rigore et rigida austeritate tota etate pseruare: quatenus ex memoria assuete delectationis pl̄horreat animu sobrietate vite sublimioris. Aliqui sibi specie discretiois fingent se salubrius tibi q̄ pposueris consulerent: vt se p̄ prauitate delectationis derelicti pposito religiose viuendo velis p̄sistere: vt p vite correctione animam tuam possis saluare: nec p indiscretiois subeas onus qd non possis portare.

Luce. 9. **B** Ad si te ab intentione pfectionis vite nullatenus auerti posse cognouerit: quasi tecu me approbando cognitu se simulabit: sed iuxta iter laqueos ponere multumodos non cessabit. Alij quidem hinc oblata oportunitate peccandi: illic stimulante temptatione: suasionem

callidus addet huiusmodi: Tam bonu est qd deuenisti facere: vt qualibet imensitatem peccatoru possit destruere: interim ergo satisfacere voluntati tue cur hestitas: cum cito sine multa sine paucis peccata sint: pariter delenda non dubites. Aliquando vero taliter conabit decipere: Bonu quidem est qd vis facere: sed non oportune sit nisi cum tepescente lascinia iuuenit: quod pondus illius regularis censure non tolerat: ipsa maturitas etatis religiose grauitati se contemperat. Quod si viderit te ita imbecillum vt impediri tua possit intentio si manifestet: oino conabit vt his a quibus retineri aut vi aut amore aut aliqua persuasionem possis: quilibet occasione publice. Promitteret etiam: quia si bonu quod intendis aliquantum differre volueris: multo fructuosu atqz vtili facere poteris et plurimu: si salute quod tecu attrahes: et comodo pecunite monasterio profuturo quam vnicuique colliges: qd est q̄ te leuitate et inconsiderata acceleratio te prabit arguere: quia te non solum permittendo: sed et pignus ponendo in dissolubili voto voluisti costringere: cum nihilominus et fortassis melius ad ipsum libera posses voluntate pficere. Ad hec oia charissime quidam respondendum sit: vellem aliquanto diffusius scribere: nisi lex epistole cogeret me breuitate non excedere. Breue igitur et veri amici tui suscipe contra ista consilium: Qui putat voluptate seculi carere: et in exercitio pseruare virtutum nimis austerum et impossibile: nunquam gustabit quantum sit non seruire: sed imperare vitis p amore et spem celestis regni laudandum et delectabile. Qui putat melius sibi esse in habitu clericali religiose viuere: quam subire monachice vite pondus: impotabilem consideret potu mundu quam ta hilaritate vtriusque serui: omni etatis omni generi hominu sit pondus illud cantabile. Sciat etiam: quod valde difficilium est intra seculares p liberam voluntate: quam intra claustru monachoru sibi disci-

Epistola

I. II.

plina custodire vite sanctitatem. Nō dico nūc q̄ p̄positū monachice vite inf̄ dēs vitas altiorē gradū attingat humilitatis quē altior sequitur exaltatio: nisi q̄ nullū vt meli⁹ viuat monachi p̄positū deserit: et omne gen⁹ hominū ad monachicā vitam vt magis deo p̄p̄nquet cōcurrat. Qui peccat⁹ addit peccata: q̄ peccatorū omnium expectat remissionē: iam a deo peccatū probat se nō amare: et ideo nō mereri peccatorum absolutionē. Qui differt in futurā et forsitā nō futurā etatē: suā vitā corrigere: certū bonū dimittit: p̄culdubio et cōtempnēdo qd̄ perdit: p̄bat se nō amare qd̄ expectat: et meret nō accipere. Qui certus nō est se tante esse cōstantie: vt nullo mō possit flecti a bono proposito: oīno celestia bonā volūtate: vt nō nisi cū in opus exit: appareat in publico. Qui bonū qd̄ vult facere vt melius fiat differt: bonū est si melius certū est: Nō si melius bonū dubiū est: et p̄dere minus bonū: minus est damnosum et irreuerabile: cōsiliū est vt acceleret facere bonū minus: ne minus expectādo maius: nō faciat malus nec minus. Qui iudicat lenitatem voto velle se ligare ad faciendū qd̄ bonū est: vt tā nō sit liber ad nō faciendū: iudicet doctorē lenitatis illū qui dicit: Vouete et reddite. Nullatenus enim reprehendend⁹ ē: qui qd̄ bonū est vouit: s̄ qui non reddit qd̄ vouit. Certū q̄ppe est q̄ qui bñ vouet: ipso voto deo placeat. Qui ḡ aliqd̄ boni vouit non peniteat: q̄ fecit vnde deo placeat: sed festinet reddere quod vouit: vt plus placeat. Nec filii charissime consilia: has cōsolationes in p̄senti maxie tibi necessarias iudicauit: hec paterna sollicitudine ego quē patrē et cōsiliariū nō mea voluntate: sed tua voluntate elegisti: dictaui. Nec interim reminisci nō desinas: donec qd̄ deo inspirante vouisti: ipso adiuvante p̄ficias. Vale desiderate cordi meo: et festina satisfaccere de te desiderio meo: qd̄ vtinā facere placeat omnipotēti deo.

Beati Anselmi: ad hugonem inclusum: postulationi eius vnde seculariū hominū mentes ad cōtempnū seculi et eterni regni desiderii incitare possit: satisfaccietis:

Epistola. II.

Omīno et amico charissimo B

Hugoni incluso: Frat̄ Anselmus dicitus abbas beccica malis excludi: in bonis includi. Duo vtrū laici nup̄ ad me venerūt: dicētes se a vestra dilectiōe missos: quaten⁹ ex nostra exhortatione aliquid assumerent: vnde se ad patrie celestis amorē accenderent. Per quos etiā a me breuiter scriptū acciperet: vnde seculariū hominū mētes vos aduentū: ad hui⁹ seculi cōtempnū: et eterni regni desiderii incitaretis. Qd̄ tanto melius p̄ vos efficere potestis: quāto liberior hauritis vite dulcedinē celestis: Nam qd̄ ego quasi a lōge intueor: vos gustu sentitis: et ego qd̄ mēte teiuna ore rumino: vos cordis affectu glutitis. Qd̄ em̄ ego de sancte vite rectitudine vtrūq̄ intelligo: vos operibus tractatis: et qd̄ ego vtrūq̄ loqui possum: vos faciēdo gustatis. Quāto ergo satur suauius q̄ hominū eructat: tāto dulcius vestra cōmōnitiō qd̄ psuadere nitit̄ inculcat. Sed quoniam vestre aliqd̄ negare nequeo volūtati: quis hoc qd̄ a me petitis: et latitudine sancte scripture multo melius inueniatis: tamē dicā aliqd̄ s̄m petitionē vestrā: ne me velut eius cōtempnōrē arguatis. Sic itaq̄ aliquē illitteratū et q̄ altiora nō possit capere: ad beatitudinis eterne desiderii existimo posse incitari: Frat̄ charissime: regnum celoz̄ clamat deus se habere venale. Qd̄ quidē regnū celoz̄ tale est: vt eius beatitudinē et gloriā: nec oculus hominis mortalis possit videre: nec auris audire: nec cor cogitare: Et tamen aliquo mō illud possis co-

Ps. 75.

Beati

Anselmi

gitare: quisq̄s sibi regnare meruerit: quicq̄d ipse volet: hoc erit in celo ⁊ i terra: quicq̄d nō nolet nō erit in celo nec ⁊ in terra. Tanta em̄ erit dilectio inter deū ⁊ eos qui sibi erūt: ⁊ inter seip̄os inuicē: vt oēs se inuicē diligant sicut seip̄os: sed plus ament omnes deū q̄ seip̄os. Et p̄pter hoc null⁹ sibi volet nisi qd̄ deus: ⁊ qd̄ volet vnus: hoc volent oēs: ⁊ qd̄ vnus vel oēs: hoc ipsum volet deus. Quia p̄opt̄ quicq̄d vnus quisq̄s volet: hoc erit et de seip̄o ⁊ de omnibus alijs et de tota creatura ⁊ de ipso deo. Et sic singuli erūt p̄fecti reges: quia qd̄ singuli volēt hoc erit: ⁊ omnes simul cū deo vnus rex ⁊ quasi vnus homo: qz omnes vnū volent: ⁊ qd̄ volēt erit. Hāc mercedē clamāt deus de celo se habere venalē. Si quis querit: quo p̄cio? Resp̄odēt illi: Nō indiget terreno p̄cio qui vult dare regnū in celo: nec aliquis potest deo dare qd̄ nō habeat: cuius est totū quicq̄d est: nec tamen dat deus tantā rem sine omni p̄cio: quia non dat illam nō amanti. Memō em̄ dat quod charū habet: illi cui charū nō est. Qui ergo deus tuare nō eget: nec dare debet tantā rem cōtempnētī amare illā: non querit nisi amorem sine quo dari non debet. Da ergo amorem ⁊ accipe regnū: ama ⁊ habe. Demōq̄ quomōdā regnare in celo nō est aliud q̄ sic glutinari cū deo: ⁊ cū omnib⁹ sanctis angelis ⁊ homib⁹ p̄ dilectionē in vnā voluntatē: vt oēs vtant̄ simul vna potestate: Ama deū plus q̄ seip̄sum: ⁊ iam incipis tenere qd̄ sibi p̄fecte vis habere. Concorda cū deo ⁊ homib⁹: si tū ipsa deo non discordēs: ⁊ tā incipis cū deo ⁊ cū omnibus sanctis et regnare. Hāc em̄ qd̄ tu cōcordabis mō cū deo ⁊ cū homib⁹ in voluntate illorū: cōcordabit tunc deus ⁊ omnes sancti tecū in tua voluntate. Si q̄ vis esse rex in celo: ama deū ⁊ hoīes sicut debes: ⁊ mereberis esse qd̄ optas. Hūc amorem nō poteris h̄re p̄fectum nisi enacaueris cor tuū ab omni alio amore. Quippe sic ē de

corde hominis ⁊ de hoc amore: quō de vase ⁊ oleo. Nam sicut vas q̄nto magis habet aquā aut altū simillē liquorem: tanto min⁹ capit oleū: ita cor in q̄ntū occupat alio amore: tantū excludit istū. Est et aliud: qz sicut fetor est fr̄ius odoris: ⁊ tenebre lucis: sic oīs alius amor hūc amorē. Sicut igit̄ cōtraria nūq̄ simul integre cōueniūt: sic nec iste amor cū villo alio amore i vno corde. Hinc est q̄ q̄ cor suū implent dilectione dei et primū: nihil aliud volūt nisi qd̄ deus vult: aut qd̄ vult alius homo: tū si nō sit cōtra deū. Hinc est q̄ instāt orationib⁹ ⁊ celestib⁹ colloquijs ⁊ cogitationib⁹: qz dulce est illis desiderare deū: et loqui ⁊ audire: et cogitare de illo quē multum amant. Hinc est q̄ gaudent cū gaudentib⁹: sicut cū fletibus: miserent̄ miseris: donāt indigentibus: qz alios homines tanq̄ se ipsos amat. Hinc est q̄ cōtempnūt diuitias: potestates: voluptates: ⁊ honorari ⁊ laudari. Qui em̄ hec amat: sepe faciūt aliqd̄ cōtra deū ⁊ contra primū. Sic em̄ ex his duob⁹ p̄ceptis vniuersa lex pendet et p̄phete. Qui ergo vult illū amorem habere p̄fecte q̄ regnū celoz emittit: amet cōtempnūt: paupertatē: laborem: subiectionē: sicut sancti viri faciūt. Sic em̄ qui se hūiliar exaltabit. Breuiter hec vobis charissime sicut postulastis dixi: sed i hoz expositione nūdētia v̄a multo plura p̄ferre poterit q̄ dixi. Si tamē de plenitudine beatitudinis eterne a me aliqd̄ lat⁹ dictū sanctitas vestra legere voluerit: in sine libelli mei qui p̄fologion appellatur: vbi de pleno gaudio tractauit reperire hoc poterit. Galetē ⁊ orate pro me.

Beati Anselmi: qd̄ beinricū amicū suū: illū vt penset in quātalibet mūdi gloria fuerit: quis finis ⁊ quis i fine fruct⁹: quid ve p̄mū: ⁊ ecōtra q̄ sit expectatio mūdi

05.

Mat. 22

Luc. 14

R

di gloriā conculcantū: exhortantiā: Epistola. III.

A **O**mino fratri: amico Heinrici
co: frat Anselmū abbas becci:
bone voluntatis pfectionem et
effectū. **B**ndictus deus in donis suis
et sanctus in omnib' opibus suis: qui
vestre dilectioni tm̄ de nro desiderio
ppter qd̄ iustis: cōcessit efficere: quē
orāz' vt qd̄ deest adhuc de voto no
stro et de vra mercede dignet' p̄ficere.
De qua re nostrū p̄siliū p̄ fratres no
stros mādo. De gratia et dilectōe du
cis de q̄ scripsistis mihi: multū gau
deo: et p̄ ea deo et illi et vobis gratias
ago. **Q**d̄ etiā illi p̄ litteras facere co
gito: cū nūc v̄t sicut audiri cōstitu
tū esse ad illū redibūt. Et qm̄ nescio
si hoc necesse erit fieri anteq̄ redeāt:
cū p̄mū poterit' mādate mihi p̄nomē
eius: et nomina vxoris et filioꝝ eius.
Solū em̄ nomē ei' teneo: qz Vitalis
vocat'. Sed q̄ dulcis mihi vestra di
lectio: sic me sibi sua p̄bitate cōgluti
nauit: vt idē de vobis qd̄ de me desi
derat cor meū: vnde eā sp̄e magnā ex
vestr' sermonib' cōcepi: nō pōt mēs
mea quietere donec ipsum desiderū
meū de vobis satiet'. **V**nis igit' nūl
lus sermo sufficiat mihi donec de' qd̄
opto p̄ficiat: pauca tm̄ qz nō nescienti
loqr' pro hoc ipso amica familiaritate
cōmemoro. **P**ensa igit' dulcis amice
quā talibet mūdi gloriā poritus fue
ris: quis sit finis: et i sine quis fruct':
quid p̄misi: et e contra q̄ sit expectatio
mūdi gloriā conculcantū. Si dicis
nō solū monachi ad salutē pueniunt:
vex ē: Sed q̄ certū: q̄ alit': illi q̄ deū
solū conāt' amare: an illi q̄ amorē dei
et amorē secl'i volūt copulare: Sz for
sitā dicit aliq̄s: qz et i ordine mona
choꝝ ē piculū. **Q** hō q̄ b̄ dicit: qre nō
p̄siderat qd̄ dicit. **R**ōnalis natura:
an est hoc rōnabile cōsiliū: vt quia
vbiq̄ ē piculū: ibi eligas manere vbi
ma' est piculū: Deniq̄ si ille q̄ solū
deū nitit' amare: seruat' p̄positū vsq̄
in finē: certa ē salus. Si hō ille q̄ mū

dū vult amare: nō deserit suū p̄positū
ante finē: aut nulla aut dubia aut mi
nor ē sal'. Et certe scitis p̄bat: qz nul
laten' aut paz aliq̄d bonū diligit: qz
illud vbi certū et meli' cognoscit nō
eligit. Sz multi dicūt: Sz aut' irascit'
deus peccāti monacho q̄ alio: qz de
p̄posito altiori cadit: hoc vex est q̄
diu cadit in pctō. Sz certe benigni'
et familiaris suscipit deus monachū
penitentē: si ad suū p̄positū redit q̄
nō monachū q̄ ad idē p̄positū nō ve
nit. **P**l' nāq̄ placet deo etiā post gra
ue pctm̄: cui' p̄positū ē et ante et post
q̄ mai' h̄re nō pōt: q̄ ille q̄ nec an' nec
post sile pctm̄ nō vult pponere q̄ meli'
li' nō pōt. Si q̄ et innocētib' et peni
tētib' meli' ē ad vitā monachicā ve
nire et redire q̄ abstinere: qd̄ morari'.
Si p̄us de hac vita tolleris: dānū est
irrecupabile. **M**ltā charissime de mo
nachice vite altitudine et certitudine:
de quiete et locūditate dicere possem
si epla modū nō excederet. Festina q̄
ad tm̄ bonū: qz nullo bono efficacit'
venies ad summū bonū. **P**lures v̄
di p̄mittētes et differētē: q̄s ita mors
tulit: vt nec hoc p̄ficerēt quo se impe
diebāt: nec h̄ inciperēt qd̄ p̄mittebāt.
Qd̄ valde timeo de te: si auertat de'
a te charissime. **V**ale et noli tardare.

**Beati Anselmi: ad quā
dam dominā: eā vt cōsilijs
suis acq̄escat obsecrantis: et
ad habitum et p̄positū abie
ctū redeat si saluari velit: ad
monētis: Epistola. III.**

Anselm' dei ordinatioe archi
episcopus Cātuariēsis: **M**ū
dū non christū cōtemnere: et
christū plus q̄ mūdū diligere. **L**ibē
tissime si possem tecū loquerer: foroz
vere mihi in deo dilecta: qz charitas
qua omnē hominē volo saluū fieri: et
officiū mihi intinertū erigunt a me
vt te fraterno et paterno affectu dila
gam: et per eandem dilectionem solli
citudinem de salute anime tue gram.

Beati

Sed quoniam in nobis conuenit oportunitas colloquendi: incubit mihi necessitas scribendi: que animi de te habeat: et quod de te desideret. Obsecro igitur te ut non contemnas dilectionem: que te propter deum et honorem dei et ad salutem tuam diligo: neque reicias consilium meum. Si enim mihi acquiescere uolueris: certa esto: quia ualde tibi in fine placebit: et erit super te gaudio magni angelis dei. Si uero non uolueris: scito: quia nimis tibi displicebit: et inexcusabilis eris in districto iudicio dei. **B** Audiuisti soror mea: quia diu portasti habitum sancte conuersationis: Quae quod reliquias: quod uel passa sis: uel quod feceris: non latet: sed multum apertum est. Considera igitur iam nunc charissima: quantum distet uiriles amplexus et carnalis delectatio ab amplexibus christi: et a delectatione castitatis et cordis misericordie. Amplexus quidem christi dico non corporales sed quales pro amore et desiderium eius inter bonam conscientiam facit anima familiaris eius. Considera inquam quae sit differentia inter has duas delectationes: non loquor nunc de legitimo coniugio. Considera inquam quantum sit in spirituali delectatione misericordia: quantum sit in carnali immundicia: quod spiritualis permittat: et quod carnalis minuet: quantum sit in spirituali spes: et quam delectabilis expectatio christi: quantum sit in hac uita securitas et consolatio: quantum sit in carnali timor iudicij dei: quantum sit in presenti uita est confusio. Cogita quale sit christi spiritus sum celestis regni dotem permittentem contemneret: et hominem mortalem non nisi corruptionem et contemptibilia daret et pollicentem: filio dei regi regum proponere. Certe ille rex regum concupiscit speciem tuam ut spose legitime. Qualis autem ille quem scis carnis tue pulchritudinem appetuerit foror mea: quomodo dicam: femina nobilis quomodo dicam: Sponsa dei uirgo fueras electa: et deo habitu et conuersatione assignata: Quid dicam modo te esse filia mea? Deo scit. Non ita loquor: ut gaudeam de confusione tua: sed ut gaudeam de: et cogauderent angeli de conuersatione et salubri penitentia tua. Quid ergo dicam? Si non dico: forsitan non aduen-

Anselmi

tis: si dico: forsitan trasceris. De electa et signata et sponsa dei: quid facta es? Erubescat esse nobilitas tua quod erubescis audire: et ego propter nobilitatem tuam et dilectionem erubescere dicere. Ecce filia charissima si habes propositum in respectu tuo: quantum a dolor debet esse in corde tuo de tanto et tam graui casu tuo? Si enim uehementer doles: comdolendo tibi ualde gaudeo: si uero non doles: non est ualde gaudeam: sed multo magis doleo. Nam si doles: adhuc salutem tuam spero: si autem non doles: quid nisi damnationem tuam expectare queo? Impossibile namque est te uel modo posse saluari: nisi ad habitum deo proposito abiectum redieris. Quis enim ab episcopo sacra non fuerit: nec coram episcopo professionem legerit? Sed solum tuum est manifestata et que negari non potest professio: quia publice et secreta habitum sancti propositum portasti: quod omnibus te uidentibus deo dicata te esse non minus quam professionem legero affirmasti. Nam antequam fieret ista nunc uisitata monachii propositum professio et sacratio: multa milia uirium sexus hominum solo habitu se ipsos esse propositum penitentia: cellitudinem et coronam speculata sunt. Et qui nunc habitum sine hac professione et sacratione assumptum reiecerunt: apostate iudicabant. Inexcusabilis ergo es si deseris sanctum propositum: quod diu habitum et conuersationem professus es: quis professionem nunc uisitam non legeris: et ab episcopo consecrata non fueris. Certe filia charissima adhuc te expectat dominus et creator et redemptor tuus: rex ille qui concupiscit speciem tuam ut esset legitimum sponsum tuum: adhuc te expectat et ruocat ut sis legitima sponsa eius: et si non uirgo: saltem casta. Scimus enim plures sanctas mulieres que post amissam uirginitatem plus placuerunt deo: et magis illi familiares fuerunt penitentiam in castitate: quam plures alie quibus sancte in uirginitate. Redi ergo mulier christiana: redi ad cor tuum: et considera quem potius debeas diligere: cui potius adherere: illi qui te ad tantam honestatem elegit: et legero uocauit: uocando habitu sponsali sibi assignauit: et adhuc quis contemp-

Epistola

et reiectus expectat et renocat: an illi p
quē vt miti dicitur in hō in q te vides de
sectā de tanta celsitudine cecidisti: p
sertim cū ipse te iā sicut puto ptenat:
aut sine dubio pteptur et deserturus
sit: Et vtinā sic vos inuicē cōtēnatis
vt vos de nō ptenat: sic vos inuicē
deseratis vt vos deus nō deserat: sic
vos inuicē reiciatis vt vos de a fa
cie sua nō piciat: sic ab inuicē cōuer
tamini: vt ad deū cōuertami. Certe
melius et valde honorabilius est et illi et
tibi vt ab illo sis cōtēpta q̄ retēta: qz
q̄d lu eris eius retēta: pculdubio vt
de illo nunc taceā tu eris dei cōtēpta.
Et si cōtēpta ab illo ppter deū illū cō
tēpseris: vt i q̄ nō cōtēpta s̄ suscepta et
dilecta dei eris: velut est sanguis p
prio redēpta. Intēde filia cuius salutē
desidero: intēde benignitatē eius q̄ cō
temp̄ a te: ptemnētē renocat: vt te i
regalē suū thalamū nō terrenū s̄ cele
stem introducat: intēde et cōcute cor
tuū: dōle vehemētē casti tuū. Reijce
et cōculca secularē habitū quē assum
psisti: et refume habitū sp̄se xp̄i quē
picisti. Nullatenus em̄ te cognoscat
christus: aut suscipiet nisi in illo habita
quo te sibi signauit: et q̄ te eius sp̄sā eē
publice et secreta es testata. In h̄ ha
bitu redi tu ad benignitatē eius: igere
te oportune in cōspectu eius. Accusa
tu ipsa pscientiā tuā: laua lachrymis
culpā tuā. Ora eū infatigabili: ad
bere illi infepabili: Misericos ē: nō
te reijcet: s̄ potius gaudēs de reditu
tuo: te benigne suscipiet. Si h̄ fecerit:
gaudiū erit de te i celo et i terra oib̄
sanctis angelis et hoib̄ cognoscentib̄.
Si nō hoc facere cōtēpseris: om̄s tibi
aduersi erūt: et ego et ecclesia dei facie
mus qd̄ de tali re facien dū intellige
mus. Om̄ipotēs deus visitet cor tuū:
et infundat in te amorē suū filia cha
rissima.

Beati Anselmi: ad Burgū
diū et Richerā ei⁹ vxorē: vt
ante oculos suos sinē suum
ponat: hortātis: Ep̄la. v.

V.

Anselm⁹ seru⁹ ecclesie cātuariē: A
sis: suis charissimis: burgū dīo
et vxori eius richere: salutē et
b̄dictiōz dei. Quallē me habeā: nū
cius vester melius poterit vobis x̄bis
ostendere q̄ ego scribere. Nichil autē
tantū me delectat m̄ dare vob quā
tū vt curā habeatis de vobis. Exone
rauit vos deus: abstulit vobis om̄nē
occasionē amādi h̄ seculū: et dedit vo
bis om̄nē oportunitatē amādi salutē
vestrā. Nonite quotidie aī oculos
vros sinē vīm: cogitate intentissime
cui⁹ erunt et qd̄ vobis pderūt q̄ post
vos remanebūt. Cogitate q̄ ibitū: qd̄
vobiscū portabitis: qd̄ ibi pmissū
sit a vobis inuenietis. Certe nō por
tabitis vobiscū: nec inuenietis ibi aliq̄
q̄ merita v̄a sine bona sine mala: vi
dete q̄ merita pmissis. Si plura bo
na q̄ mala gaudere potestis: qd̄ non
puto. Si plura mala q̄ bona: multū
debetis timere: psertim cū multū ne
cesse sit homi volētī saluari: h̄c mul
to plura bona merita q̄ mala. Hec co
gitate: hec inter vos die ac nocte i col
creto et i publico tractate: hec sint col
loq̄a v̄a inuicē: Dne mi: amica mea
qd̄ facim⁹? qd̄ tardam⁹? ppe est vltia
dies n̄ra: Quō expēdim⁹ vitā n̄raz?
quō satifacim⁹ deo p peccatis n̄ris?
Preparem⁹ nos q̄si videam⁹ i prio
diē vocationis n̄re: et ita apem⁹ nos
vt securi eam⁹ ad iudiciū: qz receptu
ri sum⁹ sine dubio put gerim⁹ in hac
vitā: sine bonū siue malū. De⁹ iunxit
nos in hac vitā: faciam⁹ vt simul nos
iūgat i et̄na vitā: et videam⁹ ibi pro
lē nostrā quā sibi de⁹ iā assumpsit.
Hec sint studia v̄a: hec sollicitudo: h̄
suspūta v̄a. Ad m̄do vobis p nū
ciū istum ne veniat is ad me nisi a me
m̄ datū fuerit p sigillū meū: vob di
co: die et fraē charissime burgū di: lu
scipite bono aīo si me amatis. Dipō
tens deus regat corda vestra: et dirī
gat ad gaudia eterna: Amen.

Beati Anselmi: mona
chis in cistrensi cenobio cō
y 5

manētibꝫ: eosdē vt abbati
suo obediānt: atqꝫ pacē ⁊ cō
cordiā in inuicem habeant:
admonētis: **Epistola. VI.**

Anselmus archiepꝫ fratribꝫ
⁊ filijs suis charissimis mona
chis in cistrensi cenobio san
cte vuerburge cōmanentibꝫ: salutē ⁊

p̄. 144

b̄ndictionē dei ⁊ suā. B̄ndictus deꝫ
in donis suis ⁊ sanctus i oibꝫ opibꝫ
suis: q̄ vos facit ⁊ numero crescere et
augmēto religiōis p̄ficere. Quis em̄
de oīm seruoꝝ dei p̄fectu gaudeā: in
vobis t̄i aliqd habeo speciale: cur de
v̄ro letari p̄fectu debeā: qꝫ p me deus
cōgregatiōis v̄re dignatꝫ est insttue
re p̄ncipiū: ⁊ dare vobis p̄mū abba
tē d̄m scz Richardū filiū nostrū cha
rissimū. Gratias igitꝫ ago deo p gra
tia sua quā ostēdit in vobis: ⁊ oro vt
sicut eadē grā vos p̄uenire dignatus
est: ita indefinēter subsequatꝫ: q̄tenus
nunqꝫ vos de hoc ad qd̄ vos p̄uerit
p̄mittat deficere: sed semp ad meliōra
p̄ficere. **Q**d p certo ipse faciet si nō
negligētēs fueritis bona ad q̄ iā pue
nistis seruare. Cū em̄ dei sit sua grā
semp nos p̄uenire: nostrū est qd̄ acci
pimus etꝫ auxilio studiose custodire.

B Nam q̄uis nec h̄re nec seruare possi
mꝫ aliqd nisi p̄ illū: p̄dere t̄i ⁊ deficere
nō est nisi ex n̄ra negligētia: q̄ sepi
sime incipit a minimis: in q̄bꝫ nos cal
lidus hostis solet decipere: cum nobis
p̄suadet ea nō magnipendere. Inde
nāqꝫ sequitꝫ illud d̄nū execrabile qd̄

Eccl. 19. legitꝫ: Quia q̄ modica despicit: pau
latim decidit. Certissimū nāqꝫ est qd̄
i multis ecclesijs exp̄mēto didicimꝫ:
qꝫ in monasterio vbi minima distri
cte custodiuntꝫ: ibi rigor monachozū
inviolabilis p̄manet: ibi par inē fra
tres: ⁊ i capitulo p̄clamatōes cōqui
escitꝫ: vbi nō minimi excessus negliguntꝫ:
ibi totus ordo paulatim disti
pat ⁊ destruitꝫ. Si ḡ de virtute i vir
tutē: ⁊ de p̄fectu ad p̄fectū vultꝫ ascē
dere: semp timere i singulis minimis
deū offendere. Ad debetis cōsidera

re q̄ parua sit res quā ḡ p̄hibitionē
facitis: sed quā t̄i malū sit inobediē
tia: quā p parua re incurritis. Sola
